ALEXAN DRI APHRODISEI MEDICI

et Philosophi præcellentis, de Febriũ causis et differentijs, opusculum com primis eruditum à GEORGIO VALLA Placentino latinitate donatum.

IN LIBRVM,

IOANNIS DAMASCEin principis Arabum medici, de exquisita Febrium curatione compendiosum Diegema. ALBANO TORINO Authore.

EIVSDEM APHORISMORVM libellus eodem TORINO Paraphraste.

AD HAEC.

SIMONIS GRYNAEI VIRI CLARIS: Medicinæ commentatio siue Encomium.

IN INCLYTA BASILEA.



SVMMA REVERENTIA DIGNISIMO, ILLVSTRISSIMOQ; domino D. CONRADO A' BIBRA Episcopo Herbipolitano, clarißimo Duci Franciæ, domino & patrono ſuo ALBANVS TORINNVS fœlicitatem.



Vod me ſuperioribus annis Illuſtriſſime, ſummaq; ueneratione digniſſime Præſul, tanta excepiſti alacritate & beneuolentia, ut me nõ dubijs ſolum aliquot cœnis, deorum inſtructis dapibus, ſubinde excipiẽdo, humaniſſimè tractando, uerùm ſummis etiam xenijs exornando, nihil feceris reliqui, immenſa animo meo ſollicitudo ſubijt, quomodo execrandum ingratitudinis uitiũ effugiam, munificentiæq; tuæ quadantenus re

 ſpon-

ſpondeã. Haud enim mihi acuminis ingenij tantum, haud ea diſſerendi facultas, ut pro dignitate inſignes animi tui dotes, maximasq; corporis uirtutes celebrẽ. Cęterum apud Plutarchum legimus, tenuem quendam et plebeium hominem, donato, pręgrandi malo, magnam ab Artaxerxe Rege gratiã inijſſe: Et numinibus lacte, ut Pliniãis utar uerbis, multęq; gentes ſuplicant, et mola tantum ſalſa litant, qui non habent thura. Offero itaq; illuſtriſſimæ C. T. referendæ gratiæ ſtudio antiquiſſimos iſtos de re Medica libellos, ut mole quidem exiguos, ita certe tractatione utiles. Exequuntur enim omnia, quæ ad theoricam et practicen, ut uocãt, ſingu-

ſingularum febrium ſpectant ex actiſſimè: idq; ea breuitate ac methodo, ut mihi uideantur non minus ἱκανῶς, nec minus multa, de febrium cauſis, notis et curationibus diſſeruiſſe, quam peringenti illo & confuſo uolumine ſuo canonico Auicenna, ne dicã et Galenus et Hippocrates medicorũ coryphęi. Auicenna quippè febres fuſius quidẽ ac latius tractat, noſtri uero planius tradunt, docet ille quidem abundè, hi uerò ſatis, optimi ſanè omnes, ille copia, hi ordine, compendio, perſpicuitate et doctrina, atq; ut uno uerbo quod ſentio aperiam, fecere utiq; omnes uariè, ſed ſinguli neq; ſocorditer neq; indiligenter. Hos quum uiderẽ tam graues & dili-

gentiss. authores penè obrutos es se et quasi ἀναθήματα potius quædã quàm ad humanum usum reper tos, (adeo mendosi et cariosi fue rũt) à rubigine et infinitis partim erroribus, & ab extrema partim barbarie, ecphrastica interpreta tiõe, uindicaui, & pleraq; restitui, summę ueterum codicum uarie tatis præsidio minimè ficulno, non parum adiutus. Neq; tamen sordem adhuc omnem tanquam ab Augiæ stabulis expurgasse p fiteor. Quin et insolentia quædã, barbaraq; uocabula de industria sæpe interleguntur, uerbi gratia, algeniabin, lacca, caphura, sanda li, alubleb, spodium, turbit, seca cul, tamarindi, & si quę ijs sunt di ctiones cognatæ. Has igitur tũ nostras

noſtras qualeſcunq;, tum aliorũ
lucubratiunculas C. R. T. non
tam gratitudinis ergô (uix enim
condignũ tuis meritis exiſtimo)
quàm ut tuis potiſſimum auſpi-
cijs ductuq; feliciſſimo in uulgus
procedant, & ancipitẽ editionis
aleam ſecurius experiantur, con-
ſecro & inſcribo, micantiſſime
Princeps. Neq; alijs etiam melio-
ribus in lucẽ prodire geſtit ipſum
uolumen, atq; ea perinde accipit,
quaſi dignum digno (ut inquit il
le) bene locatũ munus, ἄξιον μὲν, ὡσ
ὂν ἐυκαθήγεμον. ἀξίῳ δ᾽ ὥσπερ εἰ ἐυαγώρῳ.
Nouimus quippè quã nihil hoc
ſeculo à morſibus uitiligatorum
tutum ſit, niſi magno aliquo pa-
trocinio tueatur. Eoq; clariſſimi
nominis tui celebritatem iure ap-

 pello

pello Cõrade Heros ornatiſſime cuius autoritas undiq; apud omnes propter ſuſpiciendam animi probitatem, admirabilem doctrinam & ſingularem pietatem, eſt decãtatiſſima. Cuius utiq; laudes ſi meritis proſequi pręconijs uoluerim, dies me deficeret et decorum tuorum catalogus longius extenderetur quàm dedicatũ uolumen. Verum id nec huius eſt loci, nec tua patiatur modeſtia, q cum modis omnibus ſis extra aleam mortalium poſitus, hoc tamen nomine ſummus potiſſimé uideri poſſis quod ipſe ſolus magnitudinem celſitudinis tuę non agnoſcis, ſic, ut hæc ipſa quaſi colophon laudũ tuarũ ſit, quod cũ meritorum mole omnẽ ſuperes laudem,

laudem, haud tamen ullam quantumis moderatam laudem libenter admittas. Taceo itaq; innumeras corporis animiq; dotes, prudentiam, fortitudinem, comitatẽ iustitiam, egregiam eruditionẽ, in eiusdẽ classis hominibus phoenice rariorem, & perraram erga uniuersos mansuetudinem cum summa beneuolentia copulatã, ac uitam breuiter omnem nõ ab omni modo dedecore longè lateq; semotam, sed famam quoq;, nulla unquàm sinistri rumoris labe asperſam. Munificentiã enim et benignitaten effusissimã nemo est, presertim bonus, qui non sentiat. Quocirca diuinitus ab ipsis fatis nullum alium nuper Antistitem Francorũ inter tot genere &

uirtutibus clarissimos alioqui uiros delectum arbitror, ut esset his planè ferreis temporib. qui Mœcœnatis illius Romani imaginẽ nobis referret, tristesq́ꝫ Camęnas non respiceret solum, uerum etiã premijs excitaret, foueret, ac tueretur. Proinde à male feriatis calũniatoribus & parum candidis iudicibus ad C. T. prouoco, & ueluti sub asylum planeq́ꝫ sacram, ut aiunt, ancoram, confugio, méque hæc ara, spero, tuebitur Pontifex magnificentissime, etiam siquid hallucinatus in hisce lucubratiunculis uidebor. His porro omissis, quantũ ad hos nostros scriptores attinet, Alexander quidem Aphrodiseus philosophus ac medicus in cõparabilis pręter

cetera,

cætera, librũ hunc de Febriũ cau
sis ac differentijs ad Galeni imita
tionẽ doctissimè fecit, si in felicio
rem incidisset interpretem. Nam
Georgius Valla in omnib. disci-
plinis & qualibet liberali doctri-
na alioqui instructiss. in his quę è
Gręco in re medica in Latinũ ser
monem transfudit, parũ felix (ab
sit uerbo inuidia) ne dicam & in-
eptus uidetur. Nos in eo libello
mendas aliquot multas & erro-
res non paucos emendauimus et
expurgauimus. Io. uerò Dama-
scenus Arabum medicorũ opti-
mus, plerisq; hactenus nomine
quam re ipsa notior, sua lingua
procul dubio, ut doctè, ita, quan
tum Arabicũ idioma admittit e-
tiam eleganter, eã medicinæ par-
tem

tem quę Curatiua dicitur & ceteris prestantior, & ad usum longè accõmodatior est, compendio p̄ secutus est. In cuius opera cũ primum in uestra Herbipolensi locupletissima Bibliotheca incidissem, ac maiori cũ studio ad Græcorum (qui ἰατρικὴν prę ceteris omnibus rectissimè tradiderunt) scripta, tanquam ad lapidẽ Lydium amussatim examinassem, ita sane arrisit, squallidus licet et incultus pro charactere Arabico, ut minimè indignum censerem, qui cœno ereptus & cõptiore styli cultu amictus, etiã ab eo qui aurem nõ habet Batauam lectore reciperet, potissimũ quod nihil ferè à rectissimo Græcorum tramite declinauerit, & methodica medendi ratione

one non tam febrium quàm omnium localium morborũ à summo capite, ad imos usque pedes, causas, notas, & curationes strictim & concinnè perstrinxerit. His itaq; causis commotus horridam & graueolentã Damasceni uersionem castigare, utinam felici alite aggressus sum, ut quæ prius contaminata sordida, inculta & obscuriora breuiter quàm ut ab Hippocraticæ artis candidato pcipi possent, cernebantur, nũc, quatenus res ipsa ferat, expurgata, nitida, compta & planiora haberentur, nec tantũ negocij Medicinę mystis facesserẽt, repurgatis passim non pharmacorũ modo barbaris, auribusq; latinis incognitis, uerũ uniuersa etiã uoci-

bus

phrasis serie in melius cõmutata, im menso me hercle labore, quoniã uniuersus Arabũ character rigidus in totũ, rudis et impolitus nihil cum rotundo Græcorũ ore aut Rhomanorum concinnitate affinitatis habet, neq; perindè facile in Latinũ sermonẽ transplantari sinit. Adiecimus insuper ad calcem coronidis uice luculentissimam Apollineæ artis cõmentationem siue ἐγκώμιον summi et incõparabilis in omni liberalioris doctrinę genere, ac incredibilis iudicij acumine præditi uiri SIMONIS GRYNAEI, ad exactum Aristotelis artificium ueluti ad Polideti regulã ad unguem factam, quam neminẽ legisse pœnitebit, sat scio. Sed manũ de tabula, tuã

quippè Celsitudinẽ, quæ tantis negociorũ fluctibus undiq; tundit̃,nimis moror. Tibi has meas breuiter uigilias nuncupatim duobus potissimè, ut dixi, nominibus dedicare constitui. Primùm qđ illis ex nominis tui auspicio et claritate plurimũ ponderis et gratiæ accessurũ speraui: deinde, qđ hac saltem ratione, animũ memorem officiorum haud quaq; uulgariũ, studium promptũ, & uoluntatẽ Præcellentiæ tuæ omnino propensam testari, ac tuam deniq; amplitudinem mihi quoq; modo demereri uolui. Accipe igitur hilari ac leta mente præsul & Princeps Illustriss. obligationis meę heic arrabonem tantũ, tantisperdũ legitimũ debitum deẽ per

opor-

oportunitatẽ ſoluere, queſo. Certè ſi cognouero hæc mea præludia & quaſi primitias C. T. non diſplicuiſſe, tũ iudicio tuo & authoritate fretus, alacriore animo ad maiora & te fortaſſis non indigna, accingar. Neq; te amare unquam, neque uenerari deſinam. Tua Reuerẽdiſſima Dominatio (cui me totum dedico et cõſecro) difficultatẽ ſtudiorum, quæ maxima ſanè eſt, patrocinio & opibus ſuis releuare pergat, ac benè in Chriſto ualeat Antiſtes atque Francorum Sereniſſime Dux. Phorcæ, Nonis Iuniȷs Anno. M. D. XLII.

VITA ALEXANDRI Aphrodiſei ex Anthropologia R. Volaterrani.

ALEXANDER Aphrodiſeus, ſub Seuero & Antonino Imperatoribus Philoſophiam profeſſus, primus omniū Ariſtotelem antea uiris doctiſsimis laudatum quàm intellectum commentarijs enarrauit, è cuius ſcola tanquam ex equo Troiano, ut de Iſocrate dicit Cicero, uiri docti emanarunt, Themiſtius, Amomnius, Simplicius, Philoponus, Olympiodorus, Ariſtotelis omnes cōmentatores. Topica preſertim pulcherimè enarrauit. Hactenus Volaterranus, conſtat præterea eundē libros aliquot Problematum ſcripſiſſe doctiſſimos, & hunc de Febrium cauſis ac differentijs non pœnitendum, quibus ſe & Philoſophum & Medicum clarè exprimit.

VITA

†

VITA IOHAN. DAMASCENI.

IOHANNES Damaſcenus, Medicus Arabum clariſſimus, ex Damaſco urbe Cœloſiriæ in Decapolitana regione ex parentibus haud obſcuris editus: ſub Theodoſio anno ſalutis noſtræ cccc. floruit, & Medicinam cũ Philoſophia pulchrè exercuit. Recentiores quidam eundem cum Meſua, aut huic comtemporaneum fuiſſe, autumauerunt, ſed falſo, quum Meſuas itidem Damaſco natus & educatus pluribus ſeculis poſt, puta, anno Chriſti M. C. LXIII. ſub Friderico Barbaroſa, uixerit. Scripſit ille præclara in re medica opera. Librum uidelicet ſeparatarum ſententiarum quos ἀφορισμοὺς dicunt, I. De Febrium cauſis, notis & curationibus Librum I. De morbis ac uitijs localibus ſecundum loca Lib. V. De compoſitione Pharmacorum Lib. I.

VOCVM AC RERVM MEMOrabilium in Alexandro Aphrodiseo

INDEX.

† 3 Frig-

VOCVM ET RERVM IN Damasceno, Index.

FINIS.

QVandoquidem, quū hæc typis excuderētur, Torinus ad manum aliquando nō erat, factum est ut operarum indiligentia quædam uitiarentur. Operæpræcium duxi, si errata heic insignora frontispitio libri præfigerentur: quæ leniuscula sunt studiosus quilibet facile castigabit. Vale & boni consule lector candidiss: & priusquam legas, uitiatam lectionem ad hunc modum corrigito.

Pagina 1. uersu 8. Ferbum diuisio, lege febrium diuisio. 2. 14. diana, lege, diaria 4. 6. sulphiris, lege, sulphuris 16. à uiscenbus, lege uisceribus 23. Chamæmelicio, lege, chamæmelino 5. 6. Cuiusdem lege eiusdem naturæ 10. pruinas, lege, prunas 6. 6. macrant lege, macerant 19. lege cogitationes, animi. 7. 13. fel olei, 19. si qui contra lege si contra. 8. 18. oxalidi, lege, oxalidis 9. 3. labora, lege labore. 7. pedæsteris, lege, pedæstris 11. 15. spumantur, lege sumantur 12. 4. cuniculo, lege, curriculo 8. * insontium eorum expuncto asterisco lege, insontium qui adficiunt, ut placeatur, mouetur, lege, ut placetur et componatur iracundia & animi impetus, ac 14. 3. ne omne, lege, ne omnem, 19. φιυδόλογοσ lege, ψιυδόλογοσ. 21. tegentis, lege tepentis, 15. 2. lege, accurata 15. 8. uices, lege, uires. 12. coturmicum lege coturnicū 13. cæteræ, lege, cæterorum, 21. ijs qui, lege, ij qui 22. quiete, lege parte 23. conficiēt, lege, conficiunt, 16. 1. reuoluit, lege, reuoluūt, 2. lege, edendo ab sumūt conc

3. distri-

3.districtioni, lege.distractioni 4.non et parum,lege,& parum & expunge non 17.19. uigilia, lege, uigilias 18.8.uultus lege,uictus.11.his, lege is 21.contrariorum,lege,contrarium 19.1.imaginum,lege in guinũ 8.occuepet,lege,occupet, 18. ordinatus, lege, & ordinatus,23.17.solem:ne lege,solemne 24. 2. rescãt,lege,arescunt,10.cutẽ lege,cutemq; 23. alia lege,alio 26.8.guttatum lege,guttatim 27.16.mutulum,lege mulctum 29.ubicunq; hic character ʒ habetur,denarium notat 4.ʒ iiij.lege, singulorum denarij iiij.8.3.iij.lege singulorum 3.iij.atq; ita consequẽter in cæteris,omnib. quotiens duo aut tria aut plura singulatim,simile pondus sortiuntur 31.3. pastillas,lege,pastillos 33.rursum ubiq;,ʒ,pro denario legas,& pluribus confluentibus,singulorũ, adscribas 34.5. φύλλιον,lege,ψύλλιον.16.dicluntur,lege, dicuntur.40.9.oleis benedictet lege,oleris benedicti et,sed præstat substitui, portulacæ 46.16. exute lege,exuti 47.12.cribentur lege, cribrentur 48.2. 2.uehenti lege, uehementi .4. καύσασ,lege, καύσοσ 14. bili, lege, bilis.65. unciam semunciam lege, semumciam,dele unicam 66. 12. absinthij decoctum igitur lege, comæ absinthij decoctum iugiter 68. 21.lienitidem lege,lien itidem in 79.5.sampsucæ lege, sampsuci 9. xiiiij. lege xx. 12. ter &,expunge ter 82. 2.aliqui lege, alioqui 87.concoctionibus lege, concoctionis 89. aquæ lege,aqua 95.14. in si lege, nisi 24.extrenis lege, extremis 96.9. infrigiditant

lege,

ERRATA.

lege, infrigidant 16. camphana lege, campana 18. muna lege, muria 98.3. diathœam lege, diarrhœam 100. dispositios lege, dispositio 102. 5. prodent, lege, prodest 14. animo lege, nimio 106.6. impollicerem lege, in pollinem 109.15. pœomiæ lege, pœoniæ 110. quæ siluisse lege, quæsiuisse 111.2. commedes lege, commendes 5 ipsum Damescenum lege, ipsos Aphorismos 112.4. apophtegma lege, apophtegmata 114.4. fortialiis lege, fontica 129.5. munerat lege, numerat 134.8. identidem uariantur. lege, identidē uariantur adeo, 141.21. iuuenes fortiter lege iuuenes haud fortiter 142. temporis lege, tempori bus 10. lege, principum. 143. utriq; lege, utiq;

ALEXANDRI APHRODISEI PHILOSOPHI

et medici Clarissimi de Febribus Liber ad Apollonium breuis quidē, sed cōsummatissimus, GEORGIO VALLA *Placentino interprete.*

PROEMIVM.



OSTVLASTI *à me Asclepiadū clarissime Apolloni, ut quæcunq; tibi, ad me frequenter eūti, lingua deprompseram de febribus, iam scribendo aperirem: quo quandocūq; tibi liberet febrium causas indagare, id tanquam nostræ doctrinæ foret commentariū, præsertim nunc cum nobis sit longe à uobis peregrè abeundum, nec tu porro quempiam, qui tam obuia uoluntate tuo cognoscendæ artis medicinæ desiderio, ista explicaturum forte sis habiturus. Ego igitur quæ iubes,*

facile obsequi uelim, tuoq; parere desiderio, & nõ modo quæ de febri, poposcisti, sed omnẽ aliã medicam præceptionem animo promptißimo, siue lingua, siue literis, doctrina gratificari cõcupisco. Tametsi nũc festinamus nos itineri faciundo committere, ob alia quædam, quæ circa talia studium adhibere non permittunt. Verum ut oblata ferè occasio, in ipso temporis articulo, ut à nobis præstari potuerit, tuæ de huiusmodi præceptione petitioni succurremus. Multiplex nanq;, ut nosti, cognituq; difficilis est de febribus inspectio, nec breui tempore compræhendi ac cõscribi potest. Fateris ipse quoq;, & me & te digna quibus inuigilem esse oportere. alioqui mihi quidem scribendi, tibi uero legendi laborem irritũ fore. Hac de causa id omnino aggredi recusassem, nisi uirorũ antiquorũ rectè suadens me persuasisset oratio, amicitijs esse prorsus obsequendum: ac si opus fuerit per artem penetrare, ut rerum dignitas poposcerit, nulli parcendum labori esse. Proinde tergiuersandum mihi non duxi, sed censui instituendi modo præsentem traditionem construẽdam, aliamq; de uniuersa febrium inspectione, cõmodiore postea tempore conficere, nunc

Febrium cognitio difficilis.

re, nunc tibi exactæ hoc nostræ monumentum amicitiæ orationis pignus exhibere. Promamus itaq; tibi obtemperantes, quæ nobis ipsa obtulerit occasio, neutiquam hic per artis amplitudinẽ euagati, non si qua modo in nobis est dicendi copia usurpando, sed potius temporis oppressi angustijs, uterq; nostrum, utriq; debemus ignoscere, tibi quidem nõ breuẽ institutionẽ, sed ampla de febribus uoluminaiãdiu postulãti, quod factu nequaq̃ fuerat difficile: mihi uero, quod amicis ut cunq; à me fieri potuit, aduersari noluerim.

FEBRIS DEFINITIO. CAP. I.



EBREM igitur, ut hinc traditionis nostræ sumamus exordium, alij aliter definierunt: at Empedocles & Zenon, nec nõ pleriq; Hippocratei, calorem contra naturã corde sumentẽ principiũ: ex eoq; per arterias ac uenas in corpus uniuersum progredientem, naturalesq; sensus offendentẽ actiones esse dixerũt: idque iure. Calorẽ enim naturalibus officientem actionibus, contra naturãesse necesse est, nec nõ à corde, unde naturalis scatet calor, sumere principium, Naturalis calor à corde.

 cipium,

cipiũ, indeq́; in uniuersum diffundi corpus, hoc ergo modo definiẽtes, recte pronũciarũt. At quò tota adhuc nobis sit apertior oratio, æquũ fuerit ipsam particulatim, ut habeat, nosse definitionẽ, quo siquid modo præseferat ambiguitatis dissoluatur. Contra naturã igitur calor, unde febris est ægritudo, ipsius est febris genus, non in effictione. sed in complexione distẽperantia caliditas quædam est, quam ariditas quoq; comitatur. Febriũ nãq; essentia, in caliditatis cõtra naturã est genere. cætera uero sunt differẽtiæ, quibus cõstat, ab alijsq́; differt caliditatibus: Neq; enim est idẽ contra naturã calor, quod febris: tametsi quælibet febris, est contra naturã calor. Namq; cõfestim in flatibus circumuenti solis feruore incaluerunt aut ignis aliá ue quapiã procatarctica causa membri alicuius contra naturam subiere caliditatem, quæ nec dum in cor penetrarit, corpus aut in aluo humores compræhendens, essentiam' ue aërosam succendẽs, febris neq; est, neq; dicitur. pluribus siquidem alijs adhuc opus est, à corde enim sumat initiũ necesse est, per'q; spiritus & sanguinẽ ab ipso in corpus uniuersum diffusa febris: quod in iam memorata caliditate nõ

fuit

fuit, hæc nempe in diffinitione posita sunt à corde sumens initium. Si nanq; febris totius corporis est ægritudo, an nō procedit, ut sit cordis? cōsequiturq;, ut totius sit corporis. Quo pacto nãque contra naturam caliditas in totum diffundi corpus potuerit, nisi prius cor sucendatur? Aut quod aliud membrum contra naturam calescēs, totum potest corpus calefacere, & quam habet affectionem, toti tribuere? Sicut cor solū inter cætera potest citra mediū ullum efficere, ut primo ipsum, dein totum corpus ab ipso succendatur, cuius est prorsus causa, quod totius sit potius principium cor, inde magis alijs suis profluxibus suppetit toti corpori, atq; administrat & perinde hinc non dubium, quin in corde contra naturam primo succensa caliditas, uerum sit febris initium. Principiū autem inquam, sicuti magnitudinis non huiusmodi sub partitionem nō cadēs, sed quod in potestatem ueniat diuidendi cū tota magnitudine. Vera nanq; febris in corde, cōtra naturam succensa caliditas, tametsi etiam toti quodammodo non attribuatur, quantitate duntaxat in toto differens. quandoquidem totū corpus cor solum potest, nō aliquod aliud mēbrum.

Cæterum æquum sit intueri, cur contra naturam genus est febris: uidetur namq; quodammodo esse differentia, qua febris differt ab ea caliditate quæ naturalis est; solaq; genus caliditas. De huiusmodi itaq; æquiuocis habeatur oratio. Illud expedit primò definire, quo sit apertius de quo dicere propositum sit, sicuti de cane de cælesti ne an terrestri faciendo diffinitio. Quoniam igitur multipliciter dictorum est caliditas:

Caliditas multiplex.

Vna quidem, quæ animal constituit, quæ & naturalis nuncupatur: altera à corruptione proueniens, quæ et contra naturam, aut per naturã. quare de hac primò cuius est intentio, explicabilem orationem habere necesse est. Exprimuntur namq; æquiuoca oratione, quæ nam ipsorum sit essentia. Oratio enim generalis uniuscuiusq; essentiæ ipsius est genus. Iure ergo etiam cõtra naturam genus est febris: ut pote oratio existẽs generalis essentiæ ipsius sicut significatur habet ut sit: ac non sola caliditas: Rectè quoq; positum est in definitione illud, ex ipso procedens per arterias & uenas in uniuersum corpus. possunt si quidem contra naturam quæ incaluere membra tactu proxima calefacere membra, et ea rursum alia

alia & illa porro alia ad extrema usq;. Cum uero omnis ex corde calor distribuitur, in corpus uniuersum per medium ierit, spiritum & sanguinem ex ipso corde, in omne corporis membrū iure calorem contra naturam ex corde ortum habentem, per arterias et uenas in totum corpus dicimus diffluere. Eisdem enim quibus naturalem calorem in omne corporis membrum cor transfundit, contra naturam quoq; calorē uidetur naturalem in flagrantiam permutasse. Dein illud naturales sensus offendēs actiones, qui est finis definitionis, febrem separat à furore atq; similibus. Furor namq; aliquo sensibili nocumento nō offendit nisi febris adsit. ob hoc uolumus febrē non omnem esse contra naturam caliditatem, tametsi per arterias & uenas corq; in totum corpus transfundatur, sed illa tantū quæ morbus cōtra naturam affectio, offendit sensus actiones.

Actiones autem dicimus naturales, potestatis naturalis animæ actiones, quæ caliditate imprimis contra naturam offenduntur, ob hoc malarum potestatum instrumentum est membrorum complexio: Quemadmodum porro uitalium horum ipsorum sua effictio: Atqui naturalis calor

nō simpliciū sed mixtorū esse prorsus à quo quā non ambigitur licet naturales actiones dicamus omnes animæ actiones, quod eæ à natura fiant atq; perficiantur, quodq; neq; sentiātur, neq; moueantur, neq; alātur, neq; augeātur ac generēt, & absq; naturali insitoq; calore fieri nō poßint. similiū nāq; partiū cōplexio effictionis sedes est atq; fundamentū & perinde cōtra naturā caliditate cūctas intuemur animales offendi actiones: præcipue eas quas naturales medici solēt appellare, unde dubiū nō relinquitur quin omniū aliarū egritudinū febris sit grauißima, atq; infestißima huius corporis arce eminētißima, cordis principio in totū profusa corpus omnes in eo offendit actiones. Ita igitur et hac de causa, febris est cōtra naturā caliditas à corde sumēs initium ex eoq; pcedēs per arterias et uenas in totū corpus, naturales, ut iā dictū est, sensus offēdit actiones.

Febris qd.

DE CALORE NATVRALI & contra naturam. CAP. II.



T quoniam contra naturam ipsam dicimus esse caliditatē, par erit primo quid sit naturalis aperire, quidq; contra naturam caliditas,

ditas, genere namq; manifestato, fortaßis etiam cuius sit genus non ignorabitur. Naturalis ita que est caliditas, talis, inquam, est & insitus calor cuius natura est animalis, principium cum animali namq; nascitur, & ob hoc dicitur naturalis, instrumentum existens in totum animalis potentiæ. Neq; enim poßibile est, animã citra eiusmodi calorem, in aliquod agendi munus descẽdere. Omne nempe instrumentũ proportionale cũ eo cuius instrumentum esse necesse est. Id nimirum fuerit si secus frustra instrumẽtum atq; ita in auribus per se aliquid frustra coniectum fuerit. Oportet ergo et insitam caliditatem animæ, ut dictũ est, eße instrumẽtum, ac in dissolubilem simplicemq; habet complexionem. Cæterũ sublata in animæ potentias, & in earum opera, etiã illis erit proportionalis, et perinde remixta frigido & humido & arido & temperata & moderata iureq; ob id fuerit appellata naturalis & insita complexio: sed magis ob ea naturalis et insita complexio dicta fuerit caliditas. Hæc ipsa ob id in rationũ complexione caliditas, cæteras superat exceditq; qualitates. Animalia namq; calida perhibentur, ob eamq; in ipsis excedit calidi- Calor naturalis quid.

tatem

tatem reliquas uincentem qualitates. hoc nimirũ ob eam quæ in ipsis excellens est caliditatẽ, reliquas superãtem qualitates, idq́; quod omniũ aliarum qualitatũ caliditas sit efficacißima. Nulla *si quidem ei uicina ipsam qualitas comitarit, ut ea ipsa, alias hæc igitur naturalis atq; insita caliditas.* Q*uæ contra naturã est, ea ex aliqua extrinseca causa, quæ sit neq; familiaris naturæ, neq; ab ipsa capiens principium corpori aduenieñs, nõ proportionale existens instrumentum naturaliũ potestatum, neq; custodiens ad cõgrua opera rationem, hæc acquisititia et aliena est: quæ porro sua distemperantia ne utiquam conseruãs ad potentias & opera proportionem, eiusmodi etiã diceretur cõtra naturam complexio, ad maiorem calorem declinãtem, iuxta eam rationem qua insita cognataq́; caliditas. Nos autẽ ne prætereat, quod quemadmodum insitam, ita & aduenticiã dicimus caliditatem, nec tamen ut aduenticiam ascititiamq́;, ita et cognatam dicimus frigiditatẽ cuius omnino causa non simpliciter: ac per se frigiditas naturæ opus induit, sicut et caliditas, extrarium enim & corruptorium animatorum & imprimis animalium frigiditas, atq; incommobilitatis*

tatis

tatis potius quàm motus causa. nam quamuis naturam comitari quodammodo uideatur, nõ utiq; per se, sed per accidens. Ex eis igitur quæ dicta sunt non dubium quando naturalis & insita caliditas ab ea quæ contra naturam differat. Primò quidem causis: dein bona temperie, ac mala temperie, ac omnino ut extremum medio. Nam quemadmodum uirtus ad uiciũ, hinc quoque consequenter specie ac forma tanquàm sanum ab ægroto corpore differt. Nẽpe ambo circa idem subiectum ueluti contrarijs esse consueuit, siue flatus, siue humor, siue aliqua portio fuerit, in qua inter se inuicem faciũt & patiuntur, sicut uirtus uitiũq; ueluti pauolante dicebamus. Huiusmodi itaq; naturalis et contra naturam caliditas, talibus inter se inuicẽ differẽtijs, ut multa paucis absoluam differunt. at quoniam febris uidetur ac dicitur naturalis esse caliditas in flagrantiam commutata, age inspiciamus rectè ne putetur ac dicatur: habet enim hæc cõiectatio inspectionem magis naturalem.

DVORVM CONTRARIORVM Entelechia in eodem subiecto esse nequit, CAP. III.



VORVM inquam contrariorum in se inuicem agentium ac patiẽtium in eadem materia. Alterũ quidẽ eiectatur ac corrumpitur. Alterum autem insistit & urget, neq; enim amborum entelechiam in eodem subiecto esse poßibile est: neq; porro ab eodem abesse subiecto, sed alterius quidem accessu. Alterũ à materia secedere necesse est. Alterutrius autem secessu alterum rursus subire materiam informando. nunquam enim eodem temporis momento in diuisibili materia essentiaq; contrariorum est susceptrix, neutraq; potest à natura cõtrariorum esse forma: neq; rursum plurimum inter se inuicem differẽtia, tametsi sub eodem sint genere, in eodem ali possunt, alio sub alio instructo atq; disposito. Neq; enim si hæc medium obtinentia illa sine medio fuerit cõtraria. De ambobus nãq; eadem cõgruit oratio, hæc ita quæ ad materiam mutatio

mutationeq́; pertinent: alioqui media quo modo extremis eadẽ. At quoniã omnis naturalis actio factio'ue in eo, quod fit, habẽs ut sit, motus est ad motus intempore, tẽporis porro principiũ mediũq́; & extremũ ac ultimũ est, itidem etiam cõtraria in quibus motus in medio posita. multis inter duo existentibus speciebus, ac distantijs: necesse non est in ipso motus principio alterutrum quidem cõtrariorum corrumpi. Alterum autem in contrariorum agi nequidem in medio. In cassum siquidem est à principio ad medium ac finẽ, & rursus à medio ad ultimũ motus. Relinquitur *itaq́; solum in motus extremo ac ultimo unũ quidem contrariorum omnifariam absumi et neutiq́ esse. Alterũ autem in diuersum agi eodem temporis momento, qui etiã motus est terminus, qui ad quod, et inter eum qui agant in diuersum eodem temporis momẽto, qui terminus est etiã motus, qui ad quod et inter duos terminos, hoc ex quo hoc in quod. mediarũ specierũ multas fieri necesse est, huius quidẽ præcedentes in quod, consequentes autem id quod est ex quo, quorũ neutrũ extremorũ est, neq́; dicitur, ut fulgẽs, palidum, rubrum:* Cætera *quæ media in quæ primum mutatur*

tatur, quod ex nigro in alba mutando, quod neq; est, neq; dicitur album, aut nigrũ simpliciter, nisi duobus extremis comparatum ad illud quidem nigrum, ad hoc autem album diceretur, at simpliciter non est, nisi quispiam species uelit confundere. Eadem dixeris de ipsorum distantijs atq; extremis. nisi quod extremorũ quidem illa specie, per distantias suas magis & minus, & in secabilitate differunt hæc omnia, febrim intelligẽs, nõ fuerit hallucinatus. Nã ascititij & extrarij caloris qui in nobis est spiritus, aut humor aut portio quæ moderata sunt calore, quam dicimus in moderantiam calefacientis & alterantis quodlibet se calidius euadere necesse est: quemadmodũ si ex frigido uel tepido mutarit in calidũ. At quoniam incalescens necdum concaluisse at concaluisse: qui ad quod: calefactionis terminus oportet omnino ex moderato concalescẽs, quo ad calefactum fuerit per medias plurimas species atq; distãtias ire contra naturam caliditatis: quarum nulla extremo prorsus per similis, neq; habitus est, neq; dicitur, Huiusmodi autem medium corporis alterationum siue calefactio, siue refrigeratio sit, siue quæpiã alia ex primis qualitatibus denomi-

denominanter dictis, à medicis differens distemperantia, dicitur, ob contrariorum in ipsa pugnam insidentem. Distemperantia quidem quatenus naturalibus actionibus proportionalis non est. differens uero ad ipsius naturalem habitudinem. In tali itaq; medio, etiam corporis esse dicimus portiones, quãdo corpus febricitat, in spiritibus aut humoribus putrefactis succensa febri, ut ex eis quæ ante dicta sunt, est uidere. Alteratione autẽ iam ad finem tẽdente, & contrariorũ ad se inuicem pugna quiescente aduenięns, Cõplexio dicitur, æqualis contrariorum, alterutro in totum corrupto, etiam portiones sub tali esse complexione, et calefactas esse dicimus: Pacata uero alteratione, æquali quæ illa appellata cõplexione adueniente ad sentiendũ alicui sensum aduenit alteratio: neq; erit æqualis illius, quẽadmodum ne quidem naturalis ullus complexionis sensus, neq; dolor sensum tristem agit: nam effectus est tanquam naturalis portionum. Affectio ad quæ cõplexio, cuius ab habẽte sensus nullus: Quod nullã eius ipsius in se gignat actionẽ, habitusq; quidã portionibus innascens: unde etiam nomẽ obtinuit à medicis, Hectica febris appellata: His

Differẽs distẽperãtia.

ta: His igitur ita diffinitis, hinc licet inspicere quod quemadmodū nō est proprie dicere nigrū, quando albicat. Id autem dicere, quando adhuc sub motu & in medio est motus, quod cum mutauit in album, quatenus albicat, nec adhuc exalbuit, sicut quod necdum album euasit, et in eo quod ad quod motus existens diceretur irremissum nigrum, nigritia omnino corrupta. ita nequidem in spiritibus & humoribus putrefactis succensam febrim dicere conuenit, contra naturam caliditatem in flagrantia mutantem. Mutās namq; necdum mutauit, nisi quis uelit dicere, omnem inter mediam speciem & omnem distantiam flagrantiam atq; caliditatem & potentia solum esse, entelechia autem non. Nam quod motum est potentia ad id quod mouetur non entelechia, siquidē non mouebatur, sed quiescebat tale entelechia existens, ut ad quod mouetur. Alioqui enim motum idem est & non motum iuxta idem & in eodē fuerit quod est negantia. Hec tica nimirum febris est ut per naturam calidum in flagrans commutatum. Sed est ut nō. Nam si calidū pro qualitate intelligatur, & capiat, nō est, nam flagrans illud est calidum nec ullo pacto est

naturale

naturale calidum. Quod si pro subiecto etiã magis. Nam in hecticam commutans febrem magis flagrans. Vtuntur autem similiter medici huiusmodi dictionibus, est, quãdo, fortaßis, non, causa, & ratione. Nã quia intra talem alterationem infinitæ quodammodo species, sicut in physicis ostensum, quæ nomen non sortiuntur, medicum oportuit de illis habendo orationem extremi, ad quòd motus nomine eas uocitare cũ de omni simpliciter febri loquerentur, quod sit contra naturam calidum inflagrantia mutatum. at potius uerum est siquis uelit dicere tale, ut dictũ est, de hectica febri.

FEBRES NON SOLVM IN membris, sed spiritibus et humoribus accendi. CAP. IIII.



CITV autem dignũ febrem non esse ullus aut solorum corporis membrorum, quæ sunt, quæq; dicuntur animata. neq; enim qui in nobis spiritus proprie, neq; humores sed solæ corporis portiones febricitant, quæ etiam

Portiones pro mẽbris accipit.

etiam instrumenta à nostris actionibus iure nominantur, nam quemadmodũ sanitas quædã naturalis est affectio humani corporis, qua homo suas congruas actiones perfectè absoluit, in portionibus est corporis quarum actiones, at humores & spiritus huius effectrix causa, is quidem tanquàm instrumentum in totum & generale animæ, illi autem ut sylua membrorum ex quibus augetur atq; alitur, ita et ægritudo, cuius species febris, quæ est contra naturam affectio corporis humani, sub qua in actionibus per se & primo sensibile sit nocumentum in eisdem erit corporis portionibus quæ actiones. contraria nãq; in eodem fieri agnata sunt, at spiritus & humores effectricia potius quam siluosa morbi & febrium causa. alioqui morbum & sanitatem passiones animati quatenus animata sunt esse cõuenit, ut in subiectis sunt animatis solæ quæ in nobis sunt animatæ particulæ, nã spiritus et humores in animata neq; alta neq; aucta: neq; ullã aliã naturalẽ habẽtia actionẽ. Proinde omnis febris, siue diaria, siue in humorib. succẽsa putridis, siue etiã hectica, in corporis est portionibus, & si fiũt adhuc iter efficiendũ habet, ut sint, at hectica iam

Sanitas qd.

Morbus qd

ea iam effecta, non amplius fit, neq; iter efficiẽdum habent, ut sit: hæc igitur etiam febricitare dicimus membra, & calefacere & calefieri, siquidem omnis febris aut calefacit aut calefit: neque omne calefaciens, aut etiam calefactum illud membrum febrire compellit cui humor aut spiritus febrium causat, causa profecto ut effectrix. Ex his manifestum quod febriũ aliæ sunt, quæ fuit: aliæ quæ factæ sunt, quemadmodum etiam morborum alij quidem sunt, qui fiunt: alij, qui facti: quorum unum factum est alterũ fiet: nec dum dico quod sint aliqui: futuri uero ex affectione quæ in corpore, sed hæc alibi: dicetur autem fortaßis qua gratia & mediocriter in eis quæ deinceps: atq; ita de hoc definitum est. At tempus fuerit reliquum deinceps conuertere orationem, ac primo quidem de quibus nobis dicendum sit, humida autem hæc quæ spiritus & solida ut paulo ante memorauimus, deinde de causis in genere ex ordine orationis procedendo.

CORPORA MORTALIVM *tria complecti, & de speciebus febriũ copiosius.* CAP. V.



VM *igitur sint in nobis tria: solidi humores, et aërosa essentia, & portiones corporis nostri, quæ solidæ:* At *humorũ humectorum, naturalisq; flatus aërosæ essentiæ cõtingit contra naturam, caliditatem quandoq; ex alio dictorum capere principium:* D*istribui autẽ atq; disponi à patiente, reliqua duo genera, nisi prius dissolui præuenerit atque distrahi, & hinc tres nobis, quæ ad syluam febrium differentiæ referuntur.* V*na quidem qua aërosa essentia sola satis calefacta est. at humida & solida calefiunt quidem ipsa quoq;. at necdũ calefacta, nec enim parum differt calefieri & calefactum esse.* Hoc *enim fit potentia, quæ cõmixtum semper & nec dum* Entelechia *habet ut sit.* Hoc *uero iam factum est, nec potentia cõmixtum est: estq; actione.* Alia *uero qua humorũ essentia calefacta est.* At *necdum calefacta est aërosa essentia, neq; solida adhuc calefiũt, necdum calefacta sunt.* Ter*tia &*

tia & ultima, qua iam calefacta sunt solida. Caetera uero calefiunt quidem, at calefacta non possunt. Prima igitur differentia, diarias. Secūda in putridis humoribus succensiones, habent. Tertia, hecticas offendit febres: Certa tibi esse possunt quae iam dicta, si progrediare ad ea, quae euidentiae causa, nos quoq; posuimus exempla, ubi de febrium loquimur differentia, nec minus praesens exemplum posuimus, quod ab Hippocrate *in primis erudito inuentum est his, quae dudum memoramus peculiare. nāq; nobis inspiciendi causa balneum: inspiciamusq; quot differentes inter se inuicem habeat differentias, ex quibus consistit: & ut habet aut habere ad calefaciendum potest. An non tres differentes sunt essentiae, quae balneum constituūt? parietes, aqua, & inclusus intus ac à parietibus compraehensus aër: Proportionem enim prae se ferunt parietes quidem solidis, quae sunt in nobis partibus. humoribus autem, aqua. aër uero spiritibus. Et calefieri primo à balneo, aër à nullo alio dictorū. fieri enim id potest non opinione tantum, sed etiam re ipsa potest accidere. Calefacto autem aëre, desit primū quae in balneo. aqua: ea enim essen-* Cōparatio balnei cum corpore humano.

tiæ tenuium partium plus alijs, quæq; plus subijcitur paßionibus, quamq; paries idq; prioris sit febrium differentiæ exemplum, quo dicebamus quottidianas apparere febres. Succẽsa namq; ac inflammate iam contra naturam caliditate, aëro sam essentiam, nẽpe spiritũ. humoribus autẽ, ac particulis adhuc calefactis, rursus calefiat primò quæ in balneo aqua. An nõ ea calefacta, calefit statim etiã aër, deinde ipsum cõpræhendẽs paries? at necdũ interim calefactus sit, sed adhuc calefiat. Ac exemplum secũdæ sit febriũ differẽtiæ. quã dicebamus, quæ putridis humoribus febres succendentur. calescentib. quidem humoribus, alijs adhuc calefactis, rursus calefiat primo paries balnei, deinde aër, & aqua illo pariter cõcalescat. Hinc tertia ac ultima febriũ imagine tibi suscitatur differẽtia; per q̃ hecticæ febres calefactis iã solidis, alijs uero adhuc calescentibus cõsistit. Hinc manifestũ esse potest, ut tria sola quæ in nobis, in quib. cõtra naturã caliditas, mẽbra, humores, spiritus, eadẽ et apud Hippocratẽ *cohibẽtia, cohibita, et erũpentia uocãtur.* Cohibentia *quidẽ mẽbra, quæ etiã solida nuncupãtur cohibita, autem humores: erumpentia uero,*

spiritus.

ſpiritus. ſingula ex ſua ui congruam ſibi nacta ſunt appellationem, cohibent enim, & continẽt ſolida: cohibentur uero, atq; ab his cõpræhendũtur humida & fluitantia, nempe humores: erumpunt porro qui in nobis ſpiritus, quod tenuiſſimarum ſint partiũ eſſentiæ atq; calidiſſimæ, facillimè præ cunctis corporis partibus cedentes.

FEBRIVM GENERA AC DIFferentiæ. CAP. VI.



ANIFESTA *tria ſola ſunt febriũ genera, neq; plura, neq; pauciora, nẽpe diariæ, & in humoribus ſuccẽſſæ putridis,* Item *quæ hecticæ dicuntur febres, & hæc ipſa genera, multas ſubeunt differentias, præter magis et minus, contra naturam caliditatis. quã etiam eſſentialem febrium dicimus eſſe differentiã, qua longas & breues febres nominamus. & præter modũ motus, quo* Tardæ & Celeres *dicũtur febres:* Relinquentesq;, & non. Item *præter concidentias contra naturã caliditatis, ex quibus per ſigna cognitio elicitur qualiſcũq; fuerit febris, à medicis depræhẽdi cõſueuit. Vnde dicere cõſue*

uimus febriũ alias quidẽ Rubẽtes, alias. Pallidas, alias liuidas, & alias aliter. Verũ hæc ubi quædã non ingrata, licet proposito egredi uideamur. differẽtijs dicẽtur apertius, dicãturq; nũc pauca

Ex eis quæ dicta sunt manifestum, quod facillime omnium spiritus succẽnditur, & celerrime dissoluitur, minusq; fuerit diaria, absunt autẽ humores. Item minus membra, id propterea eueniẽtem propemodum causa mala. & obscura diaria euadet, & aderit facile insurgente, facillime distracto spiritu. quæ uero in humoribus succẽsæ putridis, à causa aliqua mala nõ fiũt febres, quod natura humorum sit solidior, & magis resistens quàm spiritus. aliusq; alio solidiorẽ, ac magis resistentem naturam habuerit, ut deinceps poterit innotescere. at difficulter absunt, eisdem porro rationibus et magis quæcunq; in solidiore humore succenduntur. Hecticæ igitur difficillime ad ueniunt, & difficillime abeunt. nec enim facile partes naturæ solidioris accenduntur, neq; rursus calefactæ facile calorẽ abijciunt. Nam quod solidum, difficulter subit impreßionem. quam cum subierit, ac formam & qualitatem pariter custodit, nisi in contrariam qualitatem plus declinarit.

Humores solidiores spiritu.

clinarit. Ita nimirum hecticæ uocitentur febres, quod sint habitus, & difficulter arceantur.

Cognitu quoq; necessarium, quod cum sit in trium febrium genere, ut diximus, Diaria subdi uiditur porrò iuxta causarum differentiã. Nam spiritus undiq; similium partiũ est, nec eiusdem est alteritati, ut nunc sic loquar, cuius & humor. At in humoribus succensa febris, non iuxta causarũ distribuitur differentiã. una nãq; est causa, cõnexa ei quæ huiusmodi cõficiat febrẽ, est in humoribus mutatio ac putrefactio. sed iuxta humorum alteritatem ac differentiam, differens materia putredinis efficitur. At Hectica febris, iuxta causas non unam subit differentiam. eadem namq; omnifariam & febris ac ex differentibus oritur causis iuxta membrorum humiditatem corruptam & assumptam, et ab eius mora deflorescentem ac flaccescẽtem, plures subit differentias, sicut ubi de hac loquemur. Et perinde tres dominantissimæ sunt febres, quibus ex ea quæ in nobis materia, qui contra naturam calor suscitatur. differentiæ neq; plures, neq; pauciores. nũc de harum singulis examinatius disseremus, si prius de causis in genere dixerimus, de

inde ipsis, ut procedentis iubet ordo sermonis.

De *affectionũ causis in genere.* Ca. VII.



AVSA itaq; à Medicis quæ prima est, unde fit quæpiam in corpore humano affectio, aut affectionis mora. Primum igitur, ut dictum est, quod sit causa suo antiquior effectu, estq; aliquando tempore. At natura semper omnino illo prior. A quo autem fit quædam in humano corpore affectio posita, in super & affectionis mora. una quidem efficiens, altera uero conseruans, non unius certe corporis, sed plurium sanorum, ægrorumq; ac neutrorum, & eorum porro simplicium & instanti. quemadmodum & simpliciter eorum, quæ semper, et ut plurimum, causa namq; in eo quod ad aliquid. Cæterum quo nã pacto conseruans causa prima est, nam prior custodiens sanitas, quàm eius conseruans causa. Oportet namq; sanitatẽ ante ire, deinde subsequi custodiã. præterea hæc adse inuicem dicuntur, nam custodia sanitatis, custoditæ sanitatis custodia, & contra. talia nempe simul natura, non ergo custodiens causa existens prima est. Sanitas quidẽ talis, prior hanc custodiẽte

causa

causa, at sanitas fuerit custodiens, posterior hac natura non utiq; prior ac quæ ad se inuicem non omnino simul natura, simul nempe omnia natura sunt intellectu, sine alterutro namq; alterũ nõ dignoscitur. At rursus quomodo causa custodiẽs sanitatis aut ægritudinis, neq; enim materiosa. nam materia urinæ pars est, at custodiet, nõ maria: sed species potius illius cuius est species. At ad accidẽs quomodo habebit siluosa causa, quod ex quo. nã in quo mẽbrũ est & non custodiens causa. neq; efficiẽs, quoniã in contrariũ diuisum est efficiẽs à custodiẽte neq; speciale. Custodiẽs siquidẽ causa, de qua est medicis oratio aliena et extra id cuius est omnino custodiẽs. At species pria est cuius est species essentialis, nimirum portio insuper & speciei species non est. ita namq; in infinitum excidemus, sed non infinitum absolutũq;. Neq; finis sanitatis aut morbi, custodiens causa. potius igitur hæc finis illius, & ob hæc illud. Custodiens ad efficiens ferè reducitur, & quodam modo specialis naturæ habet communicationem. Nam quod efficiens etiam custodiens esse potest, pro fluxu illo continuo existente susceptio. Lumen enim facit quidem potentia

tia

tia colores, actu colores, at factos custodit. Et humor membro alicui influens calefacit quidem illud, aut refrigerat sua qualitate. Calelefactum autem aut refrigeratum eiusmodi custodit, nisi ab illo separetur ac rursus alij influens membro, obstruit meatus illius & uias, siue aperiens custodit locum sepiendo ac nõ transcendẽs, aut etiam distractus uel sponte, uel quapiam diligentia, ad id autem fert, quæq; medicis est dicere cõsuetudo, causas, morbosas esse, quæ morbum inducant corpori, eundemq; porro custodiunt: admodum igitur uerum de causa morbi effectrice quod nisi à languente discedat, fiat ex effectrice etiam custodiens, cuius omnino causaq; huius actionis continuatio & contrarij pugno, unde specialis naturæ communicãs, non est morbum custodiens, ut illa species, cuius est species nõ admodum uerũ id dicere de effectrice, sanitas causa ut sanitatem corpori prætendat, at custodiẽs deinde transmigrarit: si enim huius actionis fiat continuatio, sanum iam effectum corpus in aduersam affectionẽ peruiuiscet statu deinde corrigetur, causa uero effectrix causa sanitatis potius penetrabit morbum quàm sanitas tantũq; ab

alteru-

alterutra parte sanitatis magis morbum penetrabit quàm sanitas, tantum ab alterutra parte sanitatis absistit, quantnm ab alterutra eiusdem rursus sanitas quorum neutrum quisquã dixerit de custodiente sanitatis. Efficiens igitur & custodiens sanitatis causa fuerit, ut dicebamus, & ob hoc ad illud redigetur, efficiens tamen reducitur, correctiora namq; sortita sunt, ut sint genere causarum conseruatoria. ueluti ille uirtute insignis autor de conseruatorijs pronuntiauit.

Dubitatione autem dignum, et quomodo apud medicos causa est effectrix, solum & custodiẽs sanitatis & morbi, quædam certe materiales, quædam speciales, quædã finales, ex quibus specialis nobis ingenita est sanitatis & morbi: proprie quidẽ hæc materiosam nõ habent causam, ex quo sunt accidentia quibus non est ex materia fieri. Materia nãq; est unde oritur quicquàm portioq; est essentialis ex ipsa geniti. Præterea etiam proprie materia sola est cohærentis & cõpositæ essentiæ non alicuius accidẽtium. Habet *aũt tamẽ causam materiosam, quod in quo, quod est subiectum in quo sanitas & morbus adhærentius existens & longius.* Adhærentius quidem

Materia q̃d.

dem membrum. Lõgius uero ac remotius furori Itemq; remotissimum elementum: ideo recte aiũt medici, qui morbum aliquem fatentur ex materia fieri, quemadmodum in humoribus putridis succensa febris ex humore, ut tertiana quidẽ, in bile flaua à principio. Quartanæ causa. *Quartana uero ex atra bile: ueluti ex materia proprie fit, neq; enim taliũ quicquã materiosum est humor, sed potius effectrix causa: & ipsoq; talia gignuntur, non ut inhærentis, sed ut principiũ motus habentis. Efficiẽs autẽ nõ specie coincidere materiosæ causæ ad naturales didicimus & perinde effectrices dũtaxat non etiã materiosæ sunt huiusmodi causæ. Taliũ utiq; fuerit quãdoq; causa sicubi à medicis morbus ex materia fieri dicatur, dicitur abusiue, cõtraq; dirimũt hoc, dicentes, ex humore genitũ morbũ, nullã habẽdo causam aut habẽdo quidẽ, sed distemperantiã aut malam effictionem, quorũ neutrũ dicitur materia, nõ quod humor materia ex qua existẽte gignitur febris, sed quod res aliqua materiosa, et subiectũ distantijs. Præter hæc autẽ caret ratione sanitatẽ & morbũ ut in subiecto humore esse existimãtur, ubi humor adhuc manens humor, & necdũ mutãs*

in membrũ, subiectum fuerit morbi & sanitatis iuxta suam existentiam ueluti membrũ. cuius enim nulla fuerit actio perfecta uel imperfecta, id quæpiam fuerit sanitas aut morbus. Humorẽ uero nullius participem esse animalis actionis nemo est qui ambigat. Potẽtia nimirum humor subiectum sanitatis et morbi. ueluti potentia sunt et proportiones in quas nutrimentum commutatur factæ illis per alterationẽ, uel ut ex quo portiones effectæ sunt, tanquam ex secundo elemẽto. Diceretur utiq; etiam morbus in humore & sanitate tãquam in efficiente horum causa, neq; ut susceptiua, sicut consumantia in faciente, & statua in statuario, & complexiones et effictiones & potentiæ quidam medici sanitatis & morbi speciales esse causas aiunt, abusiue illorum speciales causæ dicuntur: species namq; speciei non est, ut pauolante dicebamus. Complexiones nimirum et effictiones species materiales quodam modo sanitatis & morbi causæ. neq; enim est cõplexio aut effictio, sanitas aut morbus, sed in illis bona complexio uel mala cõplexio, & moderantia, uel immoderãtia. Proinde sanitas et morbus speciebus adijciunt, quæ animæ autem potestates

ſtates poſt ſanitatem & morbum in corpore uti liter uel pernicioſe exercentes uidentur, quodã modo illorum cauſæ ſpeciales: adueniens namq; uidetur et ſpecies illius cui aduenit. prior igitur, complexio & efficitio, media uero, ſanitas & morbus, & tertia, poteſtates omnes ſpecies. ſanitas nimirum & morbus inter hæc duo priorum quidem ſpeciales, ultimorum uero quodam modo materiales ſunt, ut diximus cauſæ, & actiones eſſe nullus eſt, qui ambigat ſanitatis & morbi finales eſſe cauſas. nam ob imperfectam morbus actionem ueluti ob perfectã & bene habentem ſanitas. iterando igitur ambiguitatem dicimus, quod tametſi tales & materiales & ſpeciales et perfectæ ſint ſanitatis et morbi cauſæ. Oratio tamẽ de harum inſpectione & demonſtrato medico nõ eſt, neq; quatenus medicus ratiocinabitur: aſſumit nãq; eas in demõſtrabiliter à naturali philoſopho, & tanquam principia in demõſtrabilia ſuæ ſibi ſubijcit artis. At de efficientibus ac cuſtodiẽtibus cauſis ſanitatis et morbi plurima à medico habetur oratio, & per demonſtrationem ex ſuis principijs inueſtigat, de ijſdemq; ratiocinatur, inuenitq; qualeſcunq;

&

& quot sint. praeterea apud medicos causa efficiens est dũtaxat & custodiens sanitatis et morbi & neutrius affectionis causa.

TRIPLICES ESSE APVD MEdicos febrium causas. CAP. VIII.



OS *autem non lateat causam apud medicos trifariam distribui, in effectricem, custodientem & perseuerantem. Et efficiens quidem tribus conuenit afectionibus, nempe sanitati & morbo & neutri affectioni. Custodiens autem & Perseuerans soli neutri: sed differt quatenus hoc quidem paulatim erectiones facit priusquam subitarium occurrat nocucumentum: Altera etiam quodammodo occurrente ferè nocumento nisi incommobiliter. Custodientia enim futuri non sunt mali: Praeseruãtia ac morbi quod habeant, ut sint in sua causa quam corpus ferè digerit, quemadmodũ in neutris corporibus praeseruantes causae facere consueuerunt insensibiliter lauguentibus & insensibiliter offensis actione in quibus morbus in cau-*

ſa exiſtens corpus quodãmodo digerit. Aliæ cuſtodientes præſentis ſanitatis & ſani corporis in quo nullus omnino morbus neq; ſimpliciter neq; de langore quicquam. Hæ igitur cuſtodientes ſanitatis & præſentis conſtructionis, aliæ præſeruantis futuri mali & langoris à medicis nominantur ex his omnibus manifeſta fuit & quæ à medicis cauſa prima: eſt à qua fit quæpiam in humano corpore affectio, uel affectionis commoratio, ex qua dicendum ſit, quot & quales ab ipſis rurſus cauſæ.

DE CAVSIS EXACTIVS IN *uniuerſum.* CAP. VIIII.



AVSARVM *igitur ſiue ſanitatem prætendentes, ſiue morboſæ, ſiue neutræ, ſiue rurſus efficientes, ſiue cuſtodientes. ſiue præſeruãtes, aliæ præcipuæ, quæ & principales quidem ſunt, quæ præter corporis eſſentiam ſunt, extrinſecus euenientes et corpus alterantes, uæhementer etiam tranſmutãtes quarum quædam neceſſario corpus alterant & tranſmu-*

transmutant, quibus ipsi impoßibile est non admoueri. Aliæ porro non necessario. Necessariæ igitur hæ sex sunt genere, unum quidem, aër & omne quodcunq; compræhendens. alterum autem, quies & motus totiusq; corporis et per particulas. tertium, somnus & uigilia. quartum, alimenta & potus, ac prorsus quæ proferuntur. quintum, excrementa & retenta & simpliciter repletio & euacuatio. sextum, animæ affectus. ut furor, lætitia, mœror et huiusmodi alia. nam hæc præter corporis eßentiam, quod etiam aliud aliquid anima à corpore. quædam non ex neceßitate, quæcunq; à fortuna et casu & quæcunq; à proposito, ut ensis, aut fera, aut lapis, aut cicuta, aut præcipicium. & id genus alia, quibus incurrere necesse non sit: sed fortuna, & casu & proposito sæpenumero adueniant, & non adueniant. Ineuitabilia & ex neceßitate & semper necessariò aduenientia, si modò corpori uiuendum sit. Oportet enim hominem, si modo uiuere procuret, in aëre uersari & moueri particulatim: & quiescere aut toto corpore aut per partes, & dormire similiter & uigilare, & comesse & bibere, & impleri & Causæ necessariæ.

& euacuari, & lætari uel tristari, & irasci uel terreri, & alia pati quæ animæ sunt perturbationes. Præcipuæ igitur causæ sunt tales necessario aduenientes, & non ex necessitate dictæ sunt. Praecedentes autem & coniugatæ quæ in eodem corpore, ut oppilationes, humores & cõplexiones & effictiones, differunt inter se inuicem quod aliæ quidem statim sine medio compleant affectionem, ut putredo febrem: coniugatæ aliæ medio aliquo, uelut astrictio, uel etiã oppilatio febrem media putredine. Præcedentes aliæ prædominantes causæ, quandoq; etiam sine medio absoluunt, quam perficiunt affectionem & si hoc cõiugatas causas comitatur, quẽadmodum thermæ circunfusi aëris. Aut etiam excedens motus aliquis est nullo in medio, assumpto eo per quod febrem ex se succenderunt, ac profecerũt, ut rarißime est uidere in quibusdam hecticis fieri febribus. Est ubi etiã cum medio, uel sola in medio assumpta coniugata causa, in quo & præcedentis locum cohibet, ut plurimum in quottidianis est uidere, & paucis in humoribus febribus. aut etiam utrisq; præcedente & coniugata in medio assumptis, ut in quibusdam quotti-

Causæ præcedentes et coniugatæ.

dianis

dianis & plurimum fit febribus prioris exemplum. In quottidianis quidem solis caliditas, aut motus, aut aliud aliquid talium in nobis sine medio spiritum succenderit. hoc autem in medio assumpto quottidianum absoluet affectionem. At *in humoribus febribus solis caliditas, uel uæhemens motus, aut nutrimētum malum taliaq́; humorem quidem alterabunt primò, et corrūpent: & simpliciter aut complexionem aut effictionem.* horum uno in mediū assumpto, dein in humoribus succendit, & absoluit. Exemplū secundi *in quottidianis quidem circumfusi aëris, cuiuscumq; frigiditas cutem quidem densefacit, perq́; eius dēsitatem et spiritus conflagrabit, ac* porro per ipsius *succensionem quottidianam absolunt affectionem*. At in humoribus *febribus* peculiarè etiam in quottidiana cōtinuè *dictum*, per cutem *densitatis & humoris succensionis, circumfusi aëris frigiditas, talium quampiam febrium absoluet*: sed propria etiam, in quibus non unam modo, sed etiam plures præcedentiū *causarum capias*, in talibus namq; febribus ut plurimum multæ tales incidunt præcedentes *causæ*. Sunt uero ex medicis, qui dicant præcellentem

causam ægritudinis per medias alias præcedentes causam cõficientem ægritudinem. At per mediam coniugatam solam, tametsi extraria aliqua sit, & extrinsecus corpori incidit, præcedentem uocent, sed non præcellentem esse causam dicunt, sicut & quæ sine medio quamcunq; perficientem ægritudinem semper coniugatam. Veruntamen differentem ab ea, quæ proprie præcedens & coniugata nominatur hanc quidem in corpore esse, hanc uero extrinsecus corpori incidere. At recte ambas dixeris causarum ad se inuicem naturam, uerum earundem ad ægritudinem habitudinem & distantiam inspicientes causas, diuiserunt tantas nimirum ac tales causas præcellentes, existentes & præcedentes & cõiugatas esse, ut diximus. Noris *tu quoq; quod earum rursus quædam perse, quædam per accidens sunt causæ, quorum sunt causæ.* Per *se quidem quæcunq; efficientem in se habentes potentiam aut potestate aut actu, per illam semper, per se eandem absoluunt affectionem in corpore. ut ut si uelis piper, & opium, hoc quidem semper calefaciens quatenus habet etiam potestate caliditatem, hoc autem refrigerans quam pariter*

potestate,

potestate & acta indipiscitur frigiditatem. Caliditatis namq; est calefacere, sicut frigiditatis semper per se refrigerare. At per accidens quæcunq; non per aquam habet, uim ut habeat: sed per aliud aliquid, quod actionibus adueniat, affectiones exercent. Quemadmodum aqua frigida calefacit quidem corpus, sed non per se. Nec enim frigiditatis est per se calefacere, sed per accidens. ideo autem per accidens, quod meatus & uias corporis densas effecerunt, ut pro modo frigiditatis per quas difflat corpus, & diffluit qui in nobis recumbens calor impediuit caloris ad exteriora uolatum ac meatum: hinc se calidius effecit corpus. Itidem uero calida aqua refrigerat quidem, sed non per se. quãdoquidem caliditatis non est per se refrigerare, sed per accidens, quod meatus ac uias rarefaciens corporis, ut modus fert caliditatis. ideo qui in nobis insitus distrahitur, & difflatur calor, facilem illius ad exteriora meatum effecit. hincq; corpus caloris distractione frigidius effecit, quàm esse consueuit. At cognitu dignum, quod non solum hæ quæ dictæ sunt causæ, langorum fiunt causæ: sed etiam ipsi langores lãgorum aliorum

 sunt.

sunt, quod fiant causæ. Ex quotidiana siquidem ueluti aliqua causa est febris, quæ fit & tabida sine medio et hectica et ex tabida rursus, ut plurimum, hectica. Si ex hectica è contrario possibile fieri aliquando tabida & quottidiana, & ex tabida rursus quottidiana, fortaßis deinceps inspiciemus. Tanta fuere igitur in præsentia, quæ de causis diceremus in genere, & in uniuersum. deinceps de causis dicendum nobis est, per quas gignũtur febres. Ignoratis namq; causis, ex quibus febres fiant, ut ex amußim norit quispiam, quæ nam sit quæ ab oculis emersit febris, neq; conferentia medicamina sciet efficientia sanitatem, & corruptoria febris & causas ipsius neque inuenire, neq; ulla arte rimari disciplinaq; inuestigare poteris, quæ curandi est disciplinæ intentio excellentißima ac honoratißima.

De

DE CAVSSIS FEBRIVM aliter. CAP. X.



ICAMVS itaque quod febres omnes et diariæ & in humoribus succensæ putridis, insuper & hecticæ præcellentibus causis consummãtur, & fiunt. & si aliæ sine medio, aliæ cũ medio, magisq; ac minus fiũt, ut ostendetur. Diariæ enim, sine medio, magis ab præcellentibus fiunt ut plurimum quidem ut præcedente sola causa continente modum, cum ex solari æstu, aut motu, aut furore, aut alia huiusmodi aliqua causa. Primò qui in nobis est succensum spiritum, per cor medium continuè omni corporis membro contra naturam illam distribuet caliditatem. Est namq; primò quidem solis ardor aut motus, præcedentem occupans locũ, deinde succensus spiritus coniugata diariæ causa, tertiáq; ipsa diecularis febris causarum perfectio. Est etiam quando inter præcellentes causas coniugatam præceders interuenit causa, cũ aêr circunfluens frigidam cutem, densam fece-

cerit: cutis autem densitas ſpiritum ſuccenderit, non tracta introrſum refrigerante, & rigorem gignente naturalem calorem aërosa eſſentia. Difflant enim cunctæ horæ, ac diducunt animalium corpora, uaporoſis & fumidis ſuperfluitatibus foras effuſis. At contra ſubeunte aërosa eſſentia & inſitum calorem impellente denſata, compræhenſionem refrigerabit, aliiſq; quæcunq; cutem denſare conſueuerunt, ſpiritum, qua diximus ratione, ſuccendi neceſſe eſt, hincq; diariam gigni febrem. Erit namq; ita prima cauſa, aut aquæ, aut aëris frigiditas, quæ præcellens cauſa nominatur. inde cutis denſitas præcedens cauſa, tertia ſuccenſus ſpiritus. coniugata, diariæ affectionis cauſa. & quarta, ipſa diaria febris cauſarum abſolutio. Neq; refert, ſi aſtrictione & denſitate mala exiſtente etiam facillime diſſoluta, Quotidiana fiet ſola, & aberit febris, nulla alia ſubeunte in corpore affectione. ſiue etiam non diſſoluta, aut primo, aut etiam poſt ſpiritus, qui in nobis ſuccenſi fuerint humores. aut etiam membra, uel tabidas, uel etiam hecticas conficient febres. Nihil enim hoc ad rationem, quæ quottidianam ex compræhen

dente

bendente facit. Est quando per mediam cutis astrictionem aut densitatem fieri dicitur, sed in humoribus succensæ putridis fiunt & ipsæ à præcellentibus causis semper. non utique præcedentium causarum aliquando præcellentibus, ut in quibusdam quotidianis, aut per aliquam aliquas ue medias causas præcedentes & coniugatas. fiunt enim sub continuatis & coniugatis causis semper humorum & in ipsis putredinibus, nunquam uero ut ab præcedentibus præcellentium. Et eatenus differunt diariæ ab eis, quæ in humoribus febres, quantum in causis hæ quidem ex præcellentibus causis ut præcedentibus fiunt quottidianæ. hæ autem ab eisdem semper nunquam ut præcedentibus, sed per medium alicuius aut aliquarum præcedentium in humoribus febres. Astipulor equidem Hippo*crati, & alijs peculiarem asserentibus cognitionem febrium in humoribus, nec separabilem nullam præcellentium causarum putantes talium febrium. quod neutrarum aliorum generum id sit quod omnes quottidianæ in præcellentibus causis consistant.* He*cticas uero censent cum finebis factæ fuerint, neq; à principio inijciantur,*

ut nullius sint alterius non febris modò, sed ne quidem ulla quæ uis ægritudo incipiet absq; aliqua præcellente. sed hæc quidem fortaßis examinatius deinceps suspiciemus. Nunc autē, quoniam non de una specie, sed multis ac differentibus loquimur febribus, æquum fuerit ostendere primò, de ipsarum differentia, deinde eo modo de alijs per ordinem aliquem procedente argumento.

DE FEBRIVM DIFFERENTIJS examinatius, CAP. XI.



EBRIVM igitur differentia una quidem essentialis, altera uero qualitatis eßētialis. Essentialis quidē, quæ ex ipsa sit essentia. Qualitatis uero essentialis, quæ ex ipsarum accidentibus essentiæ perpetuò ac longè assumpta. Essentia namq; febrium, contra naturam, & non per essentiam existit hoc modo. ob hoc & ex his sumptas febrium differentias essentialis

ram caliditas, ſicut dictum eſt. Harum ſiquidem eſſentia magis ſuſcipit & minus. Eſt autem etiã in ſubiecto accidens quiddam exiſtens, quæ per ſe eſſe non poteſt. uel etiam ut in efficiente eius cauſa, inſuper & modum habet motus natura in quo eſt, & qualitate, ſiue ſubiectum, ſiue cauſa ſit. Item concidentia quædam efficiunt iure, hæ quidem differentiæ eſſentiales ſunt, ac dicũtur, hæ iuxta magis & minus contra naturam caliditatis aſſumentes, per quas paruas & magnas febres appellamus, non quidem propriè: inquali re qualitatis nomen inferentes, cum ſoleant tamen hoc facere non in febribus ſolum, ſed etiam in alijs particulis inqualitatem quidem habentibus ut ſint, nominatis uero magnis & paruis. Quæ uero qualitate eſſentiales reliquæ omnes differentiæ, quæ præter materiam & ſubiectum, in quo contra naturam caliditas, & quæ contra motus modum. Iterum uero & quæ præter concidentia caliditatis, quæ contra naturam eſt. Hæc ſiquidem materia ſunt, cum eſt ipſius motus modus, & concidentia euenerunt caliditati, quæ contra naturam, & non per eſſentiam exiſtit hoc modo, ob hoc & ex his ſumptas febriũ differen-

ferẽtias, essentialis qualitatis esse dicimus, ac nõ per essentiam. per essentiã existente prima differẽtia, uel per magis & minus caliditatis, quæ cõtra naturam est capitur ac dicitur, per quã magnas & paruas febres dicimus, quemadmodum iam dictum est. Cunctas autem has febrium differentias quidam ante nos examußim simul que perspicue exposuit inquiens, Hæc *Alexandri*

uerba sequuntur de differentijs febriũ
Galeni *doctißimi medici*
uolumina.

PRAESAGIVM EXPERIENTIA CONFIRmatum Galeni, Georgio Valla Placentino interptete,



VICVNQVE præ*ſciſcere libuerit mortis non diem modo, ſed etiã horam. conſiderare expedit, quò potiſſimũ tem tempore, languens ab acceſſione uæhementer affligatur, num inter accedendum tum impenſe obrigeſcat & æſtu conflagret, diuq́; ea permãſerit intenſio. pulſuq́; ſit exiguus, & ſegniter ſomnum cæperit, ſomnulentusq́; fuerit, uel id genus aliud ſubierit detrimentum. id omne tempus ſuſpectum habere oportet uel ſi etiam ita mediocriter habuerit. at circa uigorem ſi ægrotum deiectum aut cedentem aut mœrentem ſpectes, febris'ue magnitudinem minime tolerantem, plurimumq́; exæſtuantem, & ſe tenebricum uolutantem, & capite dolentem & corde ſuccumbentem, aut tali aliquo affectu uexatũ, ſuſpectũ id tẽpus tibi eſſe maxime opor*

ret, si etiam accessionis principio ac uigore sint mediocria. Verum id si circa uigoris decessũ fuerit anima consternetur, & sudores sint inæquales aut frigidi, aut circa caput, aut circa pectus insurgat, pulsúq; obscuros & debiles efficiat, aliaq; id genus, id tempus expedit suscipere neq; tum deffiniendum quicquàm, neque dies mortis proferenda. nã secunda die si contingat et quartа accessionem uæhementiorem esse prima, tertius & quintus & sextus diem mortis indicabunt. Quot de causis succendũtur febres? Quã-

Febrium causæ.

dó que aut ob additamentũ idoneæ materiæ, aut ob motum, aut ob astrictionem, aut putredinẽ, aut ob accessum caloris extrarij. Ac ob additamentum quidem, ut cum temperamentum nacto calidum, adiectum fuerit piper, sinapi, allium & similia, & horum qualitas cordi fuerit inuecta & insitam succendet caliditatem febremq; inflãmabit, ob motum autem dupliciter, nam is aut ab anima, aut à corpore suscitatur. Ab anima quidem, ut cupiditate & cura, à corpore autẽ ut in labore immenso. At ob adstrictionẽ, cum ob glutinositatem, aut ob quampiã crassitudinẽ exaruerint, ob structiq; fuerint in certi corpo-

ris

ris meatus, aut extrema uasorum & in profunditatis difflatione febris fuerit incensa. Verũ ob putredinem ut cum subiecta & redundans materia putruerit introrsus, cordiq; fuerit obiecta ac febrem succenderit. Ob accesşũ autem caloris alterius, uelut cum in solis ardore caput exæstuauerit, præcipuè tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta, febremq; succenderit.

SIGNA FEBRIS FVTVRAE CAP. XII.



MMINENTIS *febris nuntius est habitus, horror, oscitatio, nausea, somnulentia, tusşicula subaspera, extremorum membrorum infrigidatio: atq; hæc quidem extrinsecus præsagia. A' pulsibus autem, ex paruitate, paucitate et inæqualitate depræhenditur etiam quod desideratur, ac in iectione quidem cum impensior correptio, frigitq; cum aliquãta inæqualitate atq; exiguitate. at in ascensu ferè sunt improbi aucta diductione ad perfectũ usq; uigorem sed calore intenso: primum magnitudo*

d *augetur,*

augetur, deinde celeritas assumitur. nam cum satis succensa febris conflagrarit, tum ingentes simulq; celeres efficit pulsus, sin autē impensius, etiam crebros. Quo nēpe pacto ante febres hiatus progignuntur, hiatāt ante febres ægri ob cōcußionem & uim ipsos intendentem. nam quemadmodū ex ahenis ad ignis uiolentiam positis uapor attollitur multus, de feruēte in ipsis aqua. ita etiam ex eis quæ introrsus in corpore sunt uapor exhalans intendit conuincitq; neruos corporis musculos. solent namq; nerui tepefacti deside re atq; ita fiunt oscitationes. At quonam demum pacto capitis dolores in febricitantibus incitantur? nempe, cum uenæ plenæ & aflatibus intumentes intersectæ fuerint, in caput dolores adueniunt, ui ac tenore internorum flatuum qui immißi dispersiq; sunt.

De

DE SIGNIFICATIONE SVdorum. CAP. XII.



EBREM uero ſudoribus diſſolutum iri cognoſcimus ex eo, quod langor ſit uigoris maximi ut eſt qui cauſus nominatur, biliosus namq; is demum eſt morbus quem cum im penſius moueri oporteat rhigor efficitur, & pe rinde ſi uēter aſtrictus ſit urina'ue proxima ſub eunte criſi rhigor erit expectandus. Sin amborū fuerit aſtrictio, nec ullus præſto eſt uomitus aut ſanguinis eruptio, ſudor multus cōſequatur neceſſe eſt, præſertim cum languentes procide rint, acceſsione incrementum capiente, ut ea de cauſa magis incaleſcant: nonnullaq; corporis ſit calida euaporatio, qualis antea non fuerit in dudum memoratis. Pulſus ingentes & ſublimes et celeres in diductionemq; potius properantes: ac uelut undoſi, cum arteriæ tunica atra humidaq; apparet. Totius uero corporis extrema ſuperfici es perpruriſcit ac remolleſcit: et quādoq; ad ho ras rufeſcit: atq; hæc in critice acceſsione adue niunt, præeunte cōcoctione: et critica die bona

existẽte, salubriũ ac resoluentiũ sudorũ fuerint inditia nõ dubiũ quin calorẽ esse expediat medio criter sudoris solubilem & per uniuersum corpus sibi constare exinanitateq; iuxta proportio nem habitiorem alacrioremq; aperit hominem. At frigidi sudores cum acuta febri erumpentes mortem subesse minitantur. at cum ardore morbi longitudinem coarguunt. si à sudoribus febricitantibus fuerit initiũ, boni & tertiani & quintani & septimani & nonani & undecimani & quartidecimani et uigesiseptimani et trigesiquartani, hi nanq; sudores morbos iudicant. Qui autem ita non sunt laborem significant, & longitu dinem morbi & subuersionem. Ac ubi est corporis sudor, ibi quoq; dicito subesse morbum: et ubi est corporis frigus aut calor ibidem est quoque morbus. & ubi in toto corpore mutatio fue ritq; refrigeratum corpus aut rursus incaluerit: aut calor ex alio alius emerserit, morbi longitudinem pronuntiat. sudor ex somno factus citra manifestam causam corpus significat cibum assumpsisse plurimum. Quod si cibi plurimi causa nõ fuerit, significat egere euacuatione febricitantium corpora, sudor aduentante febri: nec de

ficiente

ficiente febri, malum, longum nanq; morbum et humiditatis significat copiam:

DE SANGVINIS DETRACtione ex uenis. CAP. XII.



IN omni die noctis hora, urgente necessitate, sanguinem detrahito aduertendo tamen in febricitantib. uigorem cessantem, ac cessionis in alijs autẽ siue ex lippitudine, siue ex alia ratione, citra febrim ubi sanguinis detractione ex uena opus sit, doloris aut inflãmationis cõsiderato magnitudinẽ qua enim hora mitigatum dolorẽ inspexeris, sanguinẽ de ueua mittes. Re nulla urgẽte quo minus fiat satius fuerit matutino tempore de uena sanguinẽ detrahere, nec statim cum ex somno experrectus, sed posteà q̃ ad horã peruigilarint, ac prius abluere aliquos præstiterit, & alios prius obambulare. In quo autem præoccupata custodiæ causa sanguinem de uena detrahere permittitur etiam post aliqua consueta exercitia sanguis è uena detrahendus. Cæterum languoris magnitudo & uirium robur atque firmitudo primæ sunt sanguinis è uena detractionis

Vires in sanguinis missione in primis considerandæ.

ctionis considerationes. Proinde perspiciendum cuiusmodi ea sit naturalis hominis complexio, ac atras habẽtibus uenas: et mediocriter tenues. Neq; albis neq; carne molliculis ad euacuandum minus parcendum est. At contra parcendũ quando sanguinis parum habent: carnemq; dilabilem hac de causa neq; pueris sanguinẽ ex uena detraxerit ad quartũ decimũ usq; ætatis annum. At in maximis inflãmationib. ualidissimisq; doloribus nullũ noui maius adiumentũ q̃ ad deficientẽ usq; animã euacuare: Aduertenda sanè est diligenter qualis sit pulsus eleuatio ab eo qui ipsum attineat sufluente adhuc sanguine, quemadmodũ in alijs unde sanguis detrahitur, siquid agere expediat, nequid modo lateat deficientis animæ quod interitum aduehat. Quod si tempus fuerit uernũ, locusq; natura temperatus, & pueri natura cõcinna, detrahito sanguinẽ, et impensius ubi pericula insideant aut pulmonis, aut anginæ, aut lateris, aut cuiuspiã alterius acuti ac uæhemẽtis morbi, detrahendus, ut dictũ, est sanguis, pulsu usq; explorato. omne nãq; percussũ menbrũ aduerteris non annorum modo numero, sed etiam corporis habitudine: formidanda uero frigidis temporib. larga

larga euacuatio, ob consequentem refrigerationem. Neutiquàm perscribi potest singulorũ hominum definienda euacuationis mẽsura. Perspexi namq; in nõnullis nec plusq̃ sufficeret sanguinis libras sex ablatas esse, & cõfestim extinctã febrem, neq; ullam consequutam fuisse uiriũ exinanitionem. Quibusdam uero librã dimidiam citra lesionẽ siquis duas modo exhausisset impensissime offecisset. Vidimus unam quoq; aliquãdo auferri et minus ac proposuisse reuulsionis gratia: Qui in rectũ languentium secat uenas, cõfestim perspicuã inspexerit utilitatem. Si quispiã annularis digiti uenam secet, ut nonnulli mediũ inter medium & anularem digitũ uenam, sinentes sanguinem effluere quoad sponte cessauerit, lienem iuuari, ut in ancone uenam secando interiorem, satis commodè, namq; lieni prodest male habente sanguinis detractio ex manu sinistra. Atque adeo profecto in pleureticis in rectum languentis ex uena sanguinis detractio utilitatem frequenter demonstrat euidentissimam. At ex opposita manu, aut prorsus obscuram, aut expectabilem, ingentibus occulorum doloribus succurrit, siue humeralis appellata uena, aut

uena, aut quæ ab ea deuians in ancone secta per spicuam confestim afferendo utilitatem. In latere autẽ languente aut pulmone, aut sæpto transuerso, aut liene, aut iecore, ac uentre paraxillæ ad anconem diffractionem peruenientem diductam secare quidẽ expedit, præcipuè ad emißionem quæ per fracturam cui insidet humerali uena discreta pariter auulsa. Tres nimirum hi modi sunt ad anconem sanguinis detractionis quæ extra, & intra, quæ media. Quæ igitur intus infra collum languentibus utilis, Quæ extra in facie aut in capite: At medias locus quandoque quidem ambas habet diductas uenas ad partes anteriores manus protensas: deinde hic copulatus, quandoq; statim in se inuicem existentes ad inflexionem distractionis. Incerta igitur existẽte suæ languentis membri uena ad mediam aliquam eundum diductio potius quam in sua sectio facienda. Est etiam cum diffractio infra anconem quæ in brachio diducenda nihil prohibet, nõ apparentibus in ancone, ut iam dicta omnia membra in ancone sanguinis detractionibus adiuuãtur ita inferioribus his est ut in poplitibus & talis. Sunt autem dictorum quæ ad coxendicem

xendicem & uesicam & uuluam & renibus alternantes: ideo in ancone quandoq; sanguinis detractionibus obtemperant, cum recens fuerit inflammatio & sanguinis uis multa. Sin affectio sit, quam proprie phrenitem appellamus, poplitē secare oportet & in talis uenas. At in uuluis inflāmationes sectarū in cruribus uenarum adiumento non parū leuantur. Enimuero euacuationibus ab anconibus si quid sit infestum & obseruādum frigus expedierit alimentū exhibere mediocrè ad tris aut quattuor modo dieculas. Cū olim pestilentia ingens Asiam occupasset qua cadebant innumeri: tum ego secundo die nulla facta remißione, crus scalpendo binas libras sanguinis euacuationem fieri permisi & perinde deuitaui periculum. Multi quoq; alij eo usi adiumento conseruati sunt, præcipue qui large sanguinem euacuarunt: At etiam mediocres capitis aufert dolores, fauciūq; inflammationes. At uetustiores tales causas sacrificationum sectionibus dissoluimus oportet, utiq; ex atrocibus morbis ad naturalem habitum perducere neq; quicquam tam ad concinnam cōuersionem agit quā ex scarificatione sanguinis euacuatio. Inter indi

cẽ uero et pollicen secta uenæ et fluens sanguis, quoad sponte constiterit uetustum dolorẽ, præsertim si ei membro insederit, curat. Purgatorũ autem & plus mediocritate euacuatorum & refrigeratorum & resolutorum & conuulsorum cessare purgationem expedit. aquamq; tepidam exhibendo uomere hortabimur. At præstabit illinire calido oleo manus & pedes, sistat nihilominus somnũ & lauacrum. Cæterum non satis purgatis balnea congruentiora sunt. nam noctu purgantur, hos minus pascere conuenit. At tuto purgatis oua & halicam & sorbitiones & uinum dulce exhibere expedit, quo intestinum purgatione moueatur per xesmum. Conuenit etiam per posteriora lac immittere cum hircina adipe, dulci'ue uino: atq; ita suffluentia componere clysteribus, admouendo omnifariam purgationem.

De

DE ADHIBENDA CAVTIOne in sanguinis detractione

CAP. XII.



QVI *detrahere sanguinem uelit, aduertere debet, ne stercus multum cohibeatur inter intestina.* Proinde *molli clysteri euacuandus æger, ne uenæ ab intestinis uenentur, attrahantq; putridam quampiam superfluitatum essentiã.* Ex *præsenti igitur morbo qui sanguinis detractione egent.* Quouis *tempore è uena sanguinem detrahemus uigorem & delirium* In *febribus particularem custodiendo accessionem.* Si *continua sit febris omnino matutinum tempus accommodatius.* Qui *uero non præsenti morbo occurrunt, sed cauendi causa sanguinis exquirunt detractionem bis uernum cõgruit tempus.* In *ætatibus porro supra quartum decimum annum detractio facienda: sicut intra annos sexaginta.* Nisi *si qua modò efflagitans nos ingẽs urgeat necessitas.* In *totũq; uires imbecillæ obseruandæ sunt. nec nõ sub lingua uenas, ut in anginæ morbo, obliquè dissecamus, astrictionẽ obseruando,*

Aetas quæ sanguinis missioni idonea

obseruando, quemadmodum & in capite, & in oculis ex morbis uetustis eo modum dispescunt. In pede autem sicut in Ischiadis, aut ob annũ supra interiorem talum utiliter secant. Verum per morbos acutos detrahito ex uena sanguinem si uæhemens appareat ægritudo, & occupati morbo iam puberes sint, roburq; eis adsit. Si igitur angina fuerit delige purgationem uel si quid fuerit pleureticum. Quod si debiliores appareant si etiam plus sanguinis detraxeris, clysteribus tertio die aluũ exhauri. ac si tutus fuerit æger etiã inedia utitor. Detrahendus igitur ex uena sanguis brachij dextri uena interiore, iuxtaq; habitudinem auferendus sanguis ætatisq; plus minusue considerandum. Eueniũt istorum pluribus talia rubores faciei, & oculorum uacillatio, diductioq; manuum, pãdiculatioq;, stridores dentiũ, pulsus, maxillarum cõtractio, refrigeratioq; extremorum, flatuum oblationes per uenas quamprimum prope sanguis de uena detrahendus sub limibus cunctis existentibus mœstis, flatibus & fluxibus ad ferendam opem id accommodatius. Ferendũ illud perpetuò est, ad curã salubrẽuictũ uniuersum, q̃ medicina longe præstantius esse.

Aetas quæ sanguinis misʃioni idonea.

IOANNIS DAMASCENI PRINCIPIS ARAbum Medici, De exquisita Febrium curatione compendiosum Diegema, siue Metaphrasis,

ALBANO TORINO VItodurensi Authore.

FERBIVM DIVISIO ET Diariæ causæ, Caput I.



EBRES in spiritibus, humoribus putridis, & corporis partibus solidis, præter naturam incenduntur. Et si spiritus plus iusto incalescunt, Græcis Ε῎φήμερα *Rhomanis Diaria (quod eius unica sit accessio, uno, ut plurimum, die circumscripta) appellatur. Cuius quatuor utiq; principes enumerantur causæ, puta, quæ foris accidunt, refrigeratio & ustio, quàm par est uehementiores, balneum aquæ aluminosæ, uel sulphurosæ: aut ea, quæ intra corpus sumuntur, uerbi gratia, cibi, potus, medica-*

mina, atq; id genus cætera: aut ea: quæ officiunt, nempe motus tum corporis, tum animæ. *Motus corporis* Sunt autem corporis motiones, labores, inambulatio uehemens ac multa, equitatioq; frequens & continua. *Motus animæ* Animales uero motus sunt, vigiliæ, curæ animi uehementes, anxietas acrior, tristitia, timor, ira, aut Symptomata, deniq; qui partibus quibusdam eueniunt, ceu cruciatus alicuius membri, & inguinum tumores.

DE DIARIA QVAE EX VSTIone Solis, & Venenis oritur, Cap. II.



SCIENDVM *quod qui diana ob diutinam in sole moram, & ex infecto tempore conflictatur, longè acriorem capite ac reliqua corporis cute ardorem, quàm quos reliquæ febris ephimeræ species exercent, præferunt. Et capita ipsorum ex diutina in sole mora, multò impensius reliquo corpore succenduntur & flagrant. Quin magnà ex parte Cephalalgia, quàm Arabes medici Sodã nominant, interdum & cephalæa ea febre conflictatum exercet.*

cet. Quoniam ſpiritum animalem huiuſmodi ephemera ſatis affligit, oculiq; inprimis ardentius incaleſcunt, & roſeo rubore ſuffunduntur. Conſulere itaq; eis, capitis crebriore cum dulci decocto chamæmeli, uiolarum ſucarum, florum nympheæ atq; roſarum ubi febris declinauerit irrigatione conuenit, & exigui inſuper olei uiolacei aut nympheacei, rhoſaceiq; perfuſione ſeu illitu. Capiant tales ſomnum in cubiculo frigido, ſalicibus aut uitium palmitibus redimito & area eius iiſdem ac ſimilibus inſtrato. Alimenta præterea boni ſucci, facilis concoctionis, digeſtioni minimè rebelles, refrigerantes & humectantes à ſole iſtis iugiter exhibeantur: Potus item qui refrigerent et humectent ipſis propinentur. Decedēte iam igitur et febre reuerſi ad ſuam uitæ conſuetudinem languentes, tum à præfatis, tum à cæteris rebus quibuſ ſuis calfacientibus arceantur.

DE DIARIA EX FRIGORE *creata*, Cap. III.



NORIS quod diecularis febricula ex frigore creata, haud aliter atq; ea, quæ ex balneis aluminis & sulphiris naturam imitantibus nascitur corpus arefacit, squalidũ ac solidius reddit. Sentiunt hac febre correpti in capite potissimum & reliquo insuper corpore grauitatem: habent urinas candidas aut ad flauum colorem elanguescentes & pallidiores, eo quod calor naturalis extinctus non colorare satis hoc excrementum ualuit: arteriarum percussus sunt exigui, ueloces & continui. Paruitatem frigus, uelocitatem et continuitatem, calor à uiscenibus receptus creat. Quare inclinata quidem febre sed adhuc tamen inhærente, languentes in solio aquæ in qua chamæmelum, sertula campana, quàm Græcè μελίλωτον nominant & sambucum siue sampsuchum elixata est lauandi sunt, qua parumper foti, oleis resoluentibus & dolorem placantibus, puta chamæmelicio, anechino, & ex uiolis luteis perliniantur: quorum aliquod sudore prius elicito admoueatur, ne

Signa. (margin)

tur, ne

tur, ne olei uiscosa lentitia cutis meatulos obstruat, si ante sudorem inducatur. Proinde post balneum edulia, quæ moderatè calfacient, solium egressis offerantur: cuius farinæ est, qui ex carnibus boni succi constat cibus, ab Arabibus Alissidabegi appellatus: & potus cuiusdem naturæ, olei momentum cum aqua calida. Vinum nullum nisi aquosum albũ & tenue conceditur. Neq; alienum est intra manus laborantis pru'inas componere, & in eisdem arida tamaricis ligna succendere, spirituiq; animali bonis odoramentis & speciebus perodoris, puta Sambuco sampsuchôue, narcisso, uiolis luteis, nepeta, nardo, malo medico, ligno aloës, & id genus cæteris naribus admotis, aut alias adhibitis robur inducere. Vires enim odore citius reuocantur.

DE FEBRE DIARIA EX SOLIO *aquæ astringentis contracta* Cap. IIII.



EBREM Diariam *ex balneis aquæ astringentis concitatam, tactus arguit. Cutis namq; summa eorum quos talis diaria exercet tan-*

cet tangẽti si durior squalidior, solidior, aridior magisq; extenuata, quam in Diaria ex algore prognata, apparet. Præferuntq; imaginem eorum qui manus suas in aqua gallarum * aut corticum malorum Punicorum (granata uulgo uocant:) & similium diutiusculè macrant: positaq; manu in quamcunq; corporis partem, calor febrilis sub ea paulatim elanguescit, & euanescit propæmodùm : pansa deinde & erugata quodamodo cute caliditas se sub manu exerit & acrior admodum sentitur : lotium subcandidum atq; subcitrinum siue moderatè flauum existit, quoniam propter solidæ cutis densitatem aquosa retrimenta maximè euacuanda retinentur : oculi ipsorum minimè profundi ac concaui, sed quandoq; prominentes & inflati quodamodo cernuntur : arteriarum percussus non est, perinde atq; eorum, qui ob altas cogitatione animi molestias, tædia, uigilias, tristitiam, iram & labores deniq; febricitant : paruus, quoniam uires integræ nihil deijciuntur. calor, relictis corporis partibus extremis interioribus uisceribusq; insinuatus, neq; resoluitur neq; finitur. Neq; heic te lateat quod eiusmodi febris

non concitatur ex induratione corporis, sed ex resolutione uaporis feruentis, udi et sanguinei. Quum induratur, repletio oboritur. & quum uapor, seu spiritus æquò calidior ac siccior absq; ulla prorsus putredine euadit, febris ephemera creatur: si putredo his accedat, febris putrida emergit. Succuritur huic Diariæ *eisdem remedijs, quibus ephemeræ ex frigore natæ, nisi quod illis diutius balneo, quàm istis est immorandum, eo quod maiore opus habent resolutione. in solio autẽ haud ita diu multumq; uersandum: olei usus sit exiguus, neq; ultra momentum, fel olei nunq̃ adhibendum:* Inunctio *multa probatur lenisq; tantisper, dum cutis leniatur, & superfluitates in corpore retentæ resoluantur: cibus esto boni succi, coctu facilis & digestioni idòneus: uinum quàm maximè circumcidendum, si durities sit minimè multa. siqui contra sit eadem multa, à uino in totum est abstinendum, quoniam uinum sua natura retrimenta dispergit & indiuersas corporis partes dissipat, & calorem excitat impensè.*

DE FEBRE DIARIA E CIBIS calorificis excitata, Cap. V.



X esculentis & poculentis calfacientibus Diaria frequentius in spiritu naturali præter naturã incalescente, quàm in cæteris succenditur, propterea quod iecur, quod eius spiritus domicilium est, à calorificis dapibus potuq; calido promptius, quàm cætera uiscera affligitur, & incalescit: eoq; talium etiam urinæ ocyßimè rufo colore innaturalem calorem præferunt. Quiq; ea febre conflictantur, in eodem uiscere manifestum caliditatis exceßũ sentiunt. Quocirca ad eius rectam curandi rationem comprimis ea quæ suapte natura hepati sunt amica, urinam proritant & refrigerant, opem conferunt. Ex quo censu, Syropus oxalidi qui acetosus dicitur aut oxymeli factum cum saccharo, & aqua malorum Punicorum acidorum, & id genus cætera remedia habentur. Foris autem iocinori superinducatur epithema naturæ frigorificæ, quod ex sandalis, aqua salicis, rosis florib. nymphea, spodio, & caphura (quam Camphoram uulgo nominant) constet.

constet. & malum breui hoc pacto discutietur.

DE FEBRE DIARIA EX *labora corporis eueniente.*

Cap. VI.



QVI ob labores quos corpus subit, puta uehemens quodcunque exercitium, siue pedæstris inambulatio siue equitatio, siue lucta sit, calore plus iustò citra putredinem succendũtur. Horum articuli omnes præcipuè, deinde spiritus etiam uitalis, priuatim uero animalis incendio febrili flagrant. propterea quod uapores sursum exhalantes, cor ac cerebrum in sublimi posita facilè tentant. Communiter quidem corpora laborantium, sicca sunt. propriè uero siccitas illa non diu, nisi labor sit admodũ uehemens perseuerat. Humiditas deinde rori aut uapori ex calore nato similis exhalat è corpore, quum udum ex humoribus adtractum siccitatem humectat, ac ueluti imber obiter aspergit: Si labor fuerit multus, siccum præstabit etiam uel in morbi declinatione corpus, quo tempore percussus quoq; arteriarum pusillus est, Sin labor non multus, pulsatilium uena-

rum percussus erit magnus & frequens, quia propter caliditatem & siccitatem citra intermissionem aër necessario attrahendus est. Vesicæ excrementum, ob laborem & uirium debilitatem tenuè ac subtilius redditur. Tenuitatem urinæ etiã motus qui corpus accendit, conciliat. Neq; *caloris aliquid in articulis & compaginibus ex mutua motus frictione percipiunt. In huius febris curatione non admodum medicamentorum præsidijs subuenire student medici. Abundè hic faciunt, & sanitatem imprimis uindicant, quies sola inducta, & animi tranquillitas.* Contraria *quippe, iuxta* Hippo*cratis sententiam, contrariorum sunt remidia. Inclinata porrò febre relictis tamen adhuc uestigijs, in solium descendant aque tepidæ, tantisper dum æger humectetur. Neutris tamen diutina in balneo mora trahenda, neq; illis qui ob labores, neq; istis qui ob uenena diariam incurrunt, quia iuxtà utriusq; mali caput est: siccitas. Si anni tempus calidum sit & aridum, & febrientis temperamentum eiusdem sit naturæ, perliniatur oleo uiolaceo, oleo ex nymphea floribus confecto, cum aqua non multa. Sin anni tem*

pus &

pus & ægri temperies frigida ac hummida sit, inungatur cum oleo ex uiolis luteis & chamæmelino: idq; cum illinitione & frictione leni, temperata, & multitudine moderata, quo ad corpus humectetur. Post eiusmodi olei usum tantisper in solio aquæ tepentis sedeat, dum instauretur corpus, & arceatur ariditas. A solio protinus oleum inducemus, ut humiditas ex aquæ lauacro conciliata melius conseruetur. Interdicemus sic habentibus omnia simpliciter exiccantia, præsertim Venerem, quoniam non solum exiccat, sed firmitudinẽ destruit, ac summè debilitat: alimenta exhibeantur humida & excrementitia humiditate prædita & distributioni apposita: spumãtur ea quidẽ liberalius, modò non confertim, sed pluribus uicibus. Vini deniq; non ueteris & diluti, ut affatim humectet, usu moderato utendum.

DE

DE DIARIA EX ANIMI AF-*fectibus oborta,* Cap VII.



VOS ephemera ob iram exercet, eorum oculi cuniculo subinde uel cõniuent, uel discurrunt, prominent item foras, ac ueluti egrediuntur. quoniam insitus calor è profundo ad exteriora * insontium eorum qui adficiunt uindictam mouetur. Vultus rubore suffunditur, ob sanguinis motum ad eas, quæ oculis obijciuntur corporis partes. & præfertur corpus pinguitudine refertũ. Non raro metu cum iræ motu acuta permixto, color ad aurum inclinatur, & flauus euadit. Vrináq; flaua, &, ut uulgò uocant, citrina, non tamen acris apparet, pulsus citus, elatus, & magnus propter motionem existit, & feruor ingens toto emicat corpore. Heic protinus summa adhibeatur sollicitudo, ut placeatur & componetur iracundia, et impeditus ac facilis inducatur anhelitus rebus delicatis & plausibilibus: quæ si oblectamento sunt, non tam corpus quàm animam refocillant atq; conseruant. Deinde ratio uictus talis esto. Alimenta offerantur optimi succi, naturæ algidæ

Signa.

gidæ & udæ. Vinum ex toto circumcidendum, donec omnis discutiatur calor : nam uinum suapte natura calorem suscitat. Abstinendum insuper in totum est à balneo, siquidem à sua proprietatæ materiem in corpore contentam putrefactioni quàm maximè obnoxiam reddit, & febrem incendit, aut particulis quibusdam corporis affigit, & abscessus gignit. In huius febris curatione summum cordi principi ex uisceribus studium est adhibendum, quoniam huius febris caput à solo corde proficiscitur hoc est, à spiritibus uitalibus.

DE DIARIA EX SOLICITA *cogitatione & tristitia,* Cap. VIII.



I quem Diaria ob mœstitiam & *altas cogitationes inuaserit, depræhendes hoc pacto. Oculi fortassis ultro citroq; celeriori motu agitantur, & foràs magis magisq; prospectant: aut quieti ueluti in profundo ceu scrobibus septi, submersiq; iacere uidentur. Cæterū qui alta mente solicitius quidpiam secum repetunt, ac animo uersant, fieri potest, ut rem*

quæ

quæ animum afficiat ac pertubet, ſecum cogitent. Vbi igitur magna ſolucitudine ſtudent id, quod unicè uenantur aſſequi, & ne omne riman di lapidem fruſtra moueant, non parum metuunt, inſitus calor ſubmergitur: & membra, quæ mouentur, ad interiora tendunt, & proinde oculi eorum ſubſident, & ad imum lapſi concaui redduntur. Vel læta, & qui nam ex diſcrimine reduces euadent, haud oſcitanter cogitant, eoq́; diuerſum planè, ab eo quod dictum eſt, uſu uenit: arteriarum percuſſus, ſi calor tentat interna, exiguus eſt, ſin ad externa diffunditur, magnus: lotium tam acrè exiſtit, ut meatum urinarium acredine uellicet. Heic quoq; *meden di methodus à contrario auſpicanda eſt. Lætitia igitur confeſtim, tripudij q́; ſpes, ocium item & à multa cogitatione uacatio acuratè præſcribenda ſunt.* Quoniam *ut philoſophus* Plato *minimeφιλόλογος teſtatur, iugis et ſine mo do cogitandi turba animum conficit.* Soluta por *rò febre in ſolium dulcis aquæ tegentis tantiſper, dum corporis ſiccitas arceatur, ſedere non dubitent.* A' *ſolio repente ad humiditatem ex lauacro conciliatam melius conſeruandam corpus*

pus oleo humectante & infrigidante, uerbi gratia, uiolarũ & nymphea acurata illinitione fouebimus: Fugienda uero frequens cum inunctione frictio, ne profligata inde humiditate ariditas inducatur, Vitanda breuiter & cuncta, quæ ſiccandi facultatẽ obtinent præcipue Venus, quoniam non exiccat ſolum hominis corpuſculum, ſed uices etiam eius deijcit. Alimenta exhibeantur humectandi uirtute prædita, boni ſucci, non peruicatia concoctu, & digeſtioni appoſita: Cuius generis ſunt, carnes pullorum, coturmicum, hœdorum uolucrium & cæteræ quæ mollibus conſtant carnib. piſciumq́; ſaxatilium. Ex oleribus, Blitum, lactuca, attriplex, cucurbita, ſpinachia, intybus, & id genus. Cogitationes quippe, & omnes res quæ uirtutem animalem exercent, & uexant uerius, præ cæteris corpus ne dicam & oſſa quàm maximè arefaciunt. Cuius rei argumentũ euidens ſatis, uel inde ſumi poteſt, quod ijs qui à cogitationibus illis anxijs triſtitia & tædio liberi ſunt, magna ex quiete cuncta, quæ edunt probè conficient & digerunt. Qui uero ſine modo ardua quæq; & res ſerias ſedula co-

gitatione

gitatione reuoluit, mœroreq; afficiuntur, minimè quicquid edenda absumunt concoquunt, etiam si non contumatiã coctioni & districtioni idonea non & parũ multa manducarint. Vino *utendum heic est horno non ueteri, & diluto, quo humectet impensius*, Sit *autem usus ipsius temperatus & modicus, ne sua nimietate corpus exiccet.* Nam *si uinum non citra modum hauritur, uigilias discutit, & somnum conciliat eo, quod cerebrum humectet & irrigat, mœstitudinem profligit, lætitiam concitat, curas afflictiones abigit & cum spe diuite manet*. Atq; *in uniuersum omnis uictus ratio, infrigerandi et humectandi potentiã obtineat, & ab omni exiccatione immunis sit.* Quæcunq; *enim exiccant, alienißima sunt: præsertim, ut commemoratum est, concubitus. periculum enim, ne inde ex* Diaria *febre hectica euadat.*

DE

DE DIARIA EX VIGILIJS, Cap. IX.



IARIA quæ ex uigilijs oritur, his notis insignitur. Facies ægri colore flauo melinóue suffunditur, ne dicam & reliquam corporis cutem eodem colore infici propter biliosi humoris ex uigilijs agitationem, somnus nullus, uel saltem modicus febrientem reficit: corpus in totum aridum ac macilentum fit, ob concoctionis & distributionis defectum. Oculi frequentia motus resoluti immodicè con caui, & ueluti scrobibus quibusdam reconditi cernuntur, palpebræ ægrius mouentur. Nota Arteriarum percussus, ob imbecillitatem uirium per exiguus ac tenuis. *Lotium acrè quidem, sed crudum & turbulentum existit.* Qui ob uigilia febricitant, itidem per res uigilijs contrarias restituuntur. Curatio Somnus itaq; extemplo ita affectis arte conciliandus est, capitis irrigatione, ἐμβροχὴν Græci uocant, ex aqua dulci tepida, in qua chamæmelum, uiola sicca, rosæ, nymphea, hordeum mundũ & papauer elixata sint. Condimentum somni Oleo

item aſtrictionis experte, affatim pertundentur. Manus ac pedes tantiſper dum uapores à capite ad inferiores particulas deriuentur ſuauiter per fricentur. Cibi exhibeãtur humidi & facilis diſtributionis, Vina non aromatica, oligophera, & minime annoſa: Vitanda, uno uerbo, ſunt omnia quæ corpus exiccant, præcipuè Venus. Perſeuerandum autem in ea ratione uictus & curatione, dum corpus reſtituatur, & ſanitas recuperetur, & ſomnus nocturnus poſtliminio reuertetur. quoniam his tranquillitatem ſæpius conciliat, & ſecundum naturam exiſtit. Deinde calor ille naturalis noctis frigiditate & humiditate in uiſcera ſe penitius inſinuat, et cõcoctionẽ adiuuat, et munus eius abſoluit. Poſtremo quia tenebræ nocturnæ, ſenſibus quietem conciliant: meridianus uerò ſomnus, contraria ex cauſa contrariorum efficit: matutinus uerò ad quartam uſq; diei horam, inter præfatos, medium bonitatis locum obtinet.

De

DE FEBRE DIARIA EX IMAGINUM dolore succensa. Cap. X.



OTATV non indignũ, quod inguinum dolores ex ligamentorum & lacertorum, qui coxendicum radicibus adiacent, affectionibus proueniunt eo, quod hulceris aliquod genus uel pedes uel crura uel utrãq; occupet. Natura namq; tota in hoc est, ut hulcus corrigat, eoq; proinde tum sanguinẽ tum flatus pertrahit. quæ quum inguina perreptant, spongisæ raritatis ergô infartiuntur, & creatur abscessus. Cuius si causa hulceris modò inchoauerit, febris superueniet diecularis: si ex antecedente causa & procatarctica, uerbi gratia repletione, febris putrida. Prodit etiam hanc febrem arteriarum percussus, siquidem magnus, admodũ citus, creber, ordinatus existit. Et quod mador quidam calidus ac pungens, ex imo corpore emersus, summam cutem roris instar irrigat. Facies rubore suffusa, magna ex parte inflatur: rubedo tamen illa, sanguinis colorem imitatur, præsertim ipsius inflatio. Vrina item subcãdida. Quos huiusmodi

Causa & notæ

huiusmodi febris exercet, hac ratione medendi sunt. Auspicandũ est à balneo, iubebimus itaq; laborantem in lauacrum descendere, & diutina inibi mora uersari, adhibita frictione moderata citra oleum. quoniã corpora humectat & cutis meatulos obstruit. Alimenta boni succi et tenuium partium administranda, & caro omnis summè interdicenda ita habentibus est.

Curatio

DE FEBRE HECTICA Cap. XI.



HECTICA febris appellatur, quod fixa, perpetua, ac ueluti in habitum corporis acta sit, & difficulter soluatur. quoniam uidelicet calor præter naturam succis non putrescentibus in solidis etiam corporis partibus existit. Hæc duplici genere dirimitur, quorum prius magna quidem ex parte ex ardentibus febribus nimium protractis accidit. alterum citra febrem citraq; dolorem senum corpora, calore naturali ob immodicam resolutionem extincto, inuadit. Quam hecticæ speciem Philippus Medicus,

dicus, ex morbo ſenium uocat. Nos uero complures uidimus tum ſenes, tum pueros, tum aduleſcentes, quos eiuſmodi febris calore naturali etiam dum ceſſante aut morbi uehemẽtia extincto, & ægritudinis & dolorum tranſitu exercuit. Genus autem primum tribus ſpeciebus diſtinguitur, eo, quod conſtet quatuor in humano corpore humores cõtineri. unũ quidem, in membris inſtrumentalibus: alium, in locis uacuis: & alium, in carne noua: & quæ etiam dum creatur, ut inſtauret cuiuslibet particulæ ſubſtantiã. Proinde humiditate in inſtrumentis puta uenis, arterijs, cõtenta: præter naturam incaleſcente, corpus etiam uniuerſum plus æquo ſuccenditur: cui ſi acceſſerit putrefactio et corruptio, febris putrida in uenis et arterijs generatur. Si uero humor qui in locis uacuis continetur, præter naturam et flagrat & imminuitur, prima hecticæ febris ſpecies ſuboritur. Sin humiditas carniũ ſuccenditur, et minuit, altera Hecticæ ſpecies, quæ Græcis μαρασμός, Latinis tabes, ſiue Marcor appellatur, emergit. Eius natura eſt algida, & ſicca, congelat quippe, & areſacit. Si poſtremo humor, qui partes inſtaurat ſolidas, ardore

insolenti incalescat & decrescat, alia febris, quæ omnino μαρασμώδης hoc est, tabida existit, usu uenit. Cuius natura, siue ut ipsi loquuntur intentio est, extinguere & confringere, siue dissoluere. Quorum sanè specierum primam, non est admodum difficile curare: alteram difficile: tertiam, non modò difficile, imò etiam impoßibile. Iuxta uero sententiam quorundam istæ tres Hecticæ *species hoc pacto inter se dirimũtur. Primum utiq; si corpus cordis natura calidius præter naturam accenditur & uehemẽtius ardet, humor uero ipsius adhuc inconsumptus persistit, & quasi ebullitio quædam in eo apparet, primam hecticæ febris speciem uocare consueuerunt. Si uero inter ebulliendum humiditas cordis funiculi lucernæ modo perusta consumatur, alterius hecticarum febrium generatio est. Si membra partium, puta neruorum, arteriarum & similarium membranarum, & similium, uel immodico ardore uel immoderata ariditate offenduntur, tertia hecticarum febrium species accidit. Ad notas autem uniuscuius que speciei quod attinet, singulæ his signis discernuntur. siquidem diaria febris ex ira, aut mœsti-*

tudine

tudine, aut multis cogitationibus orta, in secundum aut tertium usq; diem extendatur, atque ad nullam penitus infebricitationẽ uenit, & in eodem febris tenore, à principio ad eundem usque diem persistit, ita ut nihil uehementiæ accedat, & nigredo, maciesq; ac pallor & citrinitas in colore & forma eleuet, primam hecticæ febris speciẽ esse reputa. Si uero memoratis indicibus acrior caliditas superuenerit, quum cibi sumuntur, qualibet hora fuerit, quo ad aliud nil quàm febrem auctam iudicabis, & eius solutionẽ prospicis, utiq; febrem ad secundam Hecticæ *speciem peruenisse autuma. & non sine certo præiudicio:* Dapes *boni et temperati succi per biduũ aut triduum diuersis temporibus offeres. Qui itaq; istud perpetrans, id, quod cõmemorauimus, usu, ut solem: ne est, uenit, ac magna cũ fiducia secundã hecticæ speciem esse pronunciato.* Tertia *species* Hecticæ *signis admodum manifestis depræhenditur: oculi immodicè concaui, ueluti quibusdam quasi scrobibus recõditi, atq; in imũ exhausta omni ipsorum humiditate, submersi uidentur: sordes in ipsis aridæ apparent, palpebræ præ grauitate ceu somnolentæ identidẽ cõ*

niuent. Supercilia sursum eleuantur, decumbentibus igitur lumina arescant, & subinde serantur. Spatulæ ob tabem carne exutæ instar alarũ prominent, color faciem cinericius deturpat, & squalidus quidam affectus, cuiusmodi eorũ, qui sub solis æstum iter longum per puluerem fecerunt. Cutis in fronte tota facie arida distensáq; est, flore uitali extincto. Contabuerũt carnes temporum adeo, ut collapsa uideantur et cõcaua loca. breuiter nihil aliud præter ossa cutẽ solam habẽt. Nam si denudatum uentrem inspexeris, neq; intestina neque uiscera superesse uidentur. Cutis eorum tangenti non admodum calida, sed adprimè arida est, quam si digitis appræhendens extendere libeat, instar corij cuiusdam existit. quam constitutionem summa imbecillitas uniuersi comitatur. Pulsus arteriarũ tenuis, debilis, durus & frequens: Tenuitas & debilitas, uirtutis imbecillitati acceptæ referuntur. sicuti durities siccitati, & frequentia ardori. Arteriæ uero ipsa, chordarum modo, manus admouenti extendi uidentur. Vrina sic affectorum oleacea est, in qua laminea quædam contenta, alia nomine squamis similia, dicuntur Græce πεταλώδεις

λώδιδς, natant ac subsident, ppter colliquatione totius corporis uel alicuius partis, præsertim solidæ quæ tabescit. quæ dũ in matulã aut quod cunq; aliud uas aquæ infunditur, olei instar stre pitum edit. Hactenus de trium febrium primæ speciei hecticæ notis abunde. Secundæ autem speciei, & ex algore immodico & siccitate pro gnatæ indicia hæc peculiaria sunt. Pulsus debilis, tardus, inæqualis, lotium candidum et tenue. iam curatio aggredienda.

CVRATIO HECTICARVM febrium. Cap. XII.



ECTICARVM febrium curationis summa, in uictus ratione maxima ex parte frigida & humectante collocatur. Quod si hectica, citra aliam febrem ex humorum putredine natam, & ab omni materia putrefationi obnoxia immunem existit, lacte asinino exquisitæ propinato, ad propositum affectũ nihil est utilius. Esto autem asina, unde lac sumitur. colore flauo, ætatis maximè florentis, quæ haud

multò ante sit enixa, cui pullus si quem lactat au ferendus. et præstat sanè ipsum ex ipsis mammulis sugere, quoniam in aëre si moratur paulùlum, celerrimè corrumpi mutariq́; cõsueuit. Esto autẽ lac q̃ hauritur splendens, lene, & mediocris essentiæ, sic, ut super pollicis unguem instillatum, neq; citius neq; cunctatius uerso ungue delabatur & super speculum guttatum fusum, non protinus ad margines expandatur. Pabulum autem *asinæ exhibeatur ex herbis frigorificis & humectantibus cuius farinæ sunt coriandrũ udum tamarix aquatica, endiuia, intybus, et hordeum album.* Potus *sit, aqua dulcis, de qua conqueri non poßit.* Nam *quum idoneis nutrimentis alitur animal, & frugi potu utitur, lac inde inculpatius & præsentioris auxilij generatur.* Vtile *etiã alimentum ægris præbet ptisana, pisum (mes uocant* Punici) *cũ attriplice, blito, uiola, aut lactuca, aut cucurbita.* Pro potu *propinetur aqua malorum* Punicorũ, *muzorum, & aqua cucurbitæ.* Collocabimus *insuper ægrum in labrum aquæ, in qua folia cucurbitæ, hordeum cui detracta cortex sit, uiola, nymphæa, lactuca & id genus cætera elixata sint. quo in lauacro ad unguem,*

guem temperato, non nisi moderatè commorandum. Vbi extractus fuerit, oleis frigidis & alijs humectandi facultate præditis, priusquàm se uestiat, inunguendus erit, è quorum numero hoc linimentum imprimis congruit, quod oleo nymphee, uiolaceo, rosaceo, et cæra cãdida seu pinguedine suilla constat. Conferunt item oleum de semine cucurbitæ dulcis, de papauere, & butyrum illitum. Quoniam ista singula corpus humectant, & humiditatem ex balneo conciliatã tuentur, conseruant, & ne corpus plus iusto digeratur, exigua spiramenta obstruit. Quod si robur corporis sit ualidum, priusquàm se solio calidi credat ægrotus, mulgeatur in corpus ipsius lac ex papillis mulieris, aut uberibus asinæ, seu capræ quandoquidẽ idipsum recens mutulũ impendiò humectat. Si firmitudo & uirtus corporis imbecillior sit, lac soli aquæ cõmemorato permiscendũ ducito. Neq; unquàm in solio lõgiore spacio uersari expedit hecticis, multoq; minus sudare, ne uidelicet quippiam de proprijs succis hauriatur, & uiribus destituatur, liquescat, & extenuetur. Neq; linimentũ unquàm ante lauacrum inducatur, ne cutis tenues meatuli olei

uiscosi-

uiscositate obturentur, & aquea humiditas penetrare, & solidas partes rigare nequeat. Lauationum autem modus sic habet. Mane sumpto lacte, semel in solium descendat, lauet'que à cibo ac potu ubi quieuerit uespere rursum idem ciat, donec lauacri calor à uisceribus succos è cibi & potu natos excitet, & in reliquum corpus diducat ac digerat. Vbi uero febrilis calor iam sedatus decreuerit, & corpus à materia putredini obnoxia depurgatum fuerit, bubulum quoq; lac, butyro & pinguedine exutum, haud inutiliter propinatur. Modus autem solemnis est à principio ferè denarij decem, deinde paulatim dationi adijcitur usq; ad denarios triginta. Si uirium firmitudo & coquendi facultas suadeant, ac opem suam polliceantur, etiam si ampliorem mensuram exhibeas, nihil delinques. Sed ministrabis id ipsum cum, sesquidenario horum pastillorum, quos τροχίσκους Græcè iam omnes appelli tant.

PASTILLI IN FEBRE HEctica cum lacte bubulo, butyri experte, utiles.

Sumantur,
- Spodij, Glebæ Armeniacæ — ʒ iiij.
- Rosarũ
- Seminũ: Citrulli, Portulacæ, Cucurbitæ dulcis — 3. iij
- Carabæ — ʒ iij.

In summa simplicia sint septem, quæ in pila trita per cribrũ traijciantur, & cum aqua arnoglossi diluta redigantur in pastillos, qui exhibeantur modo iam præfato. Ipsi namq; à febre præseruãt, tuentur, & præsentem profligunt. Si febris uel adsit, uel immineat, corpore à materia putrescente, & febrem putridam progignente neutiquam puro, ab omni lactis genere cauendũ erit, in cuius uicem aqua hordei cum cancris fluuialibus elixa propinetur. Sint autem cancri huic usui delegati uiui ac recentes, quibus adimantur cortices pedes atq; dentes, abluanturq; accuratius aqua frigida, cinere, & sale tribus uicibus tantisper

Aquæ hordei cũ cancris præparatio

tantisper, dum grauem fœtorem exuant. deinde eosdem denuo sola frigida lotos atq; detersos cõterito, & cum aqua hordei depurati decoquito. cuius decocti modus est selibra, cum huiusmodi pastillorum pondo aurei unius, quorum sic habet descriptio,

PASTILLI ALII AD HECticam febrem accommodati.

Accipes

Arnoglossi *Gummi* *Dragachantæ* *Amyli*	ʒ iij.
Glebæ Armeniacæ *Spodij*	ʒ iiij.
Papaueris albi	ʒ v.
Rosarum *Cucurbitæ dulcis* *Portulacæ* *Sem Citri excorticat*	ʒ vj.
inis, Cotoneorũ à cortice mundatorũ *Melonum* *Cucumeris*	ʒ vij.
Succi Glycyrrhyzæ	ʒ x.

Sint uno fasce omnia numero quindecim, quæ contrita & cribrata diluantur in lentore psilij, & redigantur in pastillas. Cuius aureus ut traditum est unus, cum aqua malorum Punicorum, quæ granata dicuntur, et Medicorum Citrea appellata, ieiunis exhibeatur, & unam post horam aqua hordei ceu memoratum est, porrigatur. Cibus illorum, sit cucurbita cum attriplice adiecto bleto, uel phaseoli, pisáue, cortice detracto, oleo amygdalorum dulcium, ac de semine cucurbitæ dulcis ammixto. Sub uesperã corpus perliniatur aqua malorum Punicorum, muzorum, oleóq; nymphææ, atq; ex semine cucurbitæ dulcis confecto. Habitet hoc pacto affectus in æstate, et qualibet cõstitutione tẽporis calida, in ædibus ac cæteris locis frigidis, salicibus rosis, myrto, floribus nymphææ, uiolis ac uitibus redimitis atq; instratis. Quod si languentem animi deliquium quam syncopam uocant, corripiat, artubus extremis linimentũ ex aqua myrti rosarũ sandalis, camphora, uiolis, rosis tritis, ligno aloës crudo, epithematis modo imponatur, aqua rosacea semper roris modo aspersa, summa diligẽtia & studio adhibita, ne quid in patientis corpore

Mes filiquis ademtis

corpore liquefiat ac resoluatur. Alimentũ optimum est sic affectis, luteũ oui sorbile, medulla panis, uino nec odorato, nec annoso madefacta. Confert etiam mirificè huiusmodi decoctũ cũ modo sumptũ. subtilis hœdi caro recens ac potior præsertim ex costis eligetur, & in perexiguas portiũculas minutatim incisa, in olla noua nõ sordida cum salis momento clementer decoquatur, quoad acor ipsius effluat ac promaneat. Postea per colam traijciatur tantundẽ aquæ malorũ superfusa, & decima omnium parte uini optimi aromatici, quod tepefactũ magna commoditate propinatur. Quòd si à malo uincẽte, ægrũ iam ex morbi diuturnitate uiribus in totum destitutum, & artus atque membra siccitate ac senio confecta extenuataq; conspicias, & tabida propemodũ ita colliquari, ut uenæ prorsus exangues uideantur. manuumq; ac pedum insuper musculi nõ tabescunt solum, sed euanescunt etiã hunc nulla curatione adhibita ceu deploratum relinquas. solet enim id malum esse ut plurimũ im medicabile. Omne uero iuuandi studiũ huc enixè contendat, ne natura hac febre & tabe (quã φθίσιν Græci dicunt) correpti soluta succumbat.

bat. Si uirib. postratis iacere uideatur, aquæ hordeaceæ loco, ptisanã hordei, dicitur aũt πτισάνη, ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, id est, à pinsendo (quia pila tundebantur) decoctã, excoriato cũ milio obiter assato, præbeamus. Quin & gummi torrefactum & in puluisculum redactum spargere super expedit. cõducunt item magnificè, qui subijciuntur pastilli.

PASTILLI IN HECTICA Virib. deiectis, & natura succumbente præsentis commodi.

Sumito:
- Boli Armeniacæ ʒ v.
- Seminis oxalidis (quã uulgo acetosam uocant) decorticati torrefacti. }
- Oxycanthæ quam Berbrim nominant. } ʒ vi.
- Castanearum tostarũ }
- Rosarum } ana ʒ iiij.
- Spodij }
- Carabæ } ana ʒ iij.

Summa ingredientium sunt septem, quæ friata

 & per

& per incerniculum traiecta, aqua cotoneorũ seu malorum diluta redigantur in pastillos. Vnde *becticis uel conclamatis matutino tempore cum aqua pirorum, quantum uidebitur, offeratur. Vespere uero herbæ pulicaris (quam* φύλλιου Græcè *cognominant) tostæ aurei pondo, & cancrorum ad unguem assatorum denarij pondo unius, gummi torrefacti tantundem, glebæ* Armeniacæ *aureus dimidius sibi cõmixta cum aqua malorum exhibeantur.* Alimentum conducit *sic patientibus, oxalis elixata, uel in patella cum amygdalis dulcibus suis cum corticibus tostis cocta.* Lẽtes *præterea suo cum cortice torrefactæ et cũ aqua semel elixæ, deinde eo dẽ decocto iterũ cũ aqua malorũ* Punicorũ *(quæ granata dictũur) et rhu obsoniorũ aqua succoq; cotoneorũ elixatæ cõferũt. In potu cremor, seu ptisana mespilorum: siue labruscæ omphacijue, siue de acinis granatorũ deq; malis absq; saccharo cremor, exhibeatur. Et si res exigat porriges etiã confectionẽ (quã* Arabes Suffuf *dicũt de acinis malorum* Punicorũ *cum gummi* Arabico, *succo eupatorij & succo hypocistidis, & radice rubee & granis myrti, si nulla adsit tussis:*

ſi hæc adſit, detur gummi Arabicũ, bolus Armenius, pſilium, caſtaneæ, grana myrti & merus ſyropus myrtinus. Si lancinantur, et exhulcerãtur inteſtina, utere infuſo, (quẽ Græcè iam omnes clyſterem nominant) cuius facta mẽtio eſt, in capite de Excoriatione. Aliam hecticæ febris ſpeciem, quæ ex morbo ſenium appellatur, hac ratione curare ſtudebimus: Primum omniũ ſumma curationis in hoc conſiſtit, ut corpus ſcitè calefiat à leuioribus uero ſemper remedijs calfacientibus auſpicandum & temperatis maximè, deinde ad ualentiora paulatim progrediendum. Quocirca à principio ſtatim offerenda ſunt, condimentum citri & zingiberis, & radicis ſecacul, conuenit & lignũ aloês alimbigetue. Probatur etiam magnificè effidabegi cibus, qui conficitur ex carne ouilla atq; pullina. Potus ſit, uinum non uetus copioſum. Conducit in hac febre ſolium ex decocto chamæmeli, ſambuchi, lilij, & conſimilium. Cõmendatur & uiriũ corroboratio, quæ nares demulcentibus calorificis odoribus conciliatur, uerbi gratia, narciſſo, citro, ſambucho, ſampſucho, lilio, ac ſimilibus. Confiat inde ſuffitus, qui ex recẽti ligno aloês

ſubinde inſtructus plurimũ iuuat. Quod ſi uires corporis utcunq; deijciuntur, reparare eas exhibita in potu theriaca aut Diamoſchi, aut confectione Mithridatis conabimur. Fugiẽdã porrò in hac etiã ſpecie Hecticis Venus, ut omniũ aliẽniſsima. utendum uerò & clyſteribus, nempè eo quòd iſtis ad hunc modũ conficitur. Accipiantur caput ac pedes arietis, conciſa & contrita, conijciantur in ollam egregiè mundã, & ſuper fundatur aquæ iuſta quantitas, atq; adijciantur.

Tritici, Hordei — ſingulorũ quãtũ iij digitis cõpræhẽdi poteſt. uulgò pugillũ

Anethi, Chamæmeli, Ciceris imperialis, quã herbã Arabes haſech indigitãt — ℥ 1.

Ficuum — x.

Coquantur unà omnia ad tertias, & colo diffundantur, accipianturq;

Iuris decocti — ℔ 1.

Butyri bubuli — ℥ 1.

Olei Siſamini — ℥ ij.

Olei de Ben — ℥ 1. & dimidia

Commiſceantur ſingula, fiatq; lauamen, quem clyſterem

clysterem nominant. quod per triduum inijcito, quinq; deinde dierum spacio supersedeto. Mox eundem clysterem, quoad satis humectetur, & impinguetur hectici corpus, identidem inijcito. Iuuat etiam noctu corpus linimento ex oleo narcissino & alba cæra contexto oblinire. Cibi loco luteum oui cottidiæ ientaculi uice mane utiliter exhibetur, & uini non multum, neutiquàm odorati. Post hæc lauacro credatur ægrotans, in quo tempus haud ita longum commorari expedit. Ex quo ubi iam extractus fuerit, offeratur cibus carneus, zingibere, spica, cinnamomo & galanga conditus, & id genus nonnulla. Postremo somnum quietè conciliet, ac dormiat. Quæ ratio uictus tamdiu studiosè obseruanda, dum corpus instauratum ad suam ueluti naturalē constitutionem tanquàm postliminio reuertatur.

DE FEBRE CONTINENTE, quam hodie omnes Græcè Synochon cognominant, quæ utiq; sanguinea existit. Cap. XIII.



YNOXOΣ, hoc est continens, febris est, quæ non statis suis horis ac periodis identidē consurgit. Sed quæ in una accessione

ab initio ad finem usq; perpetuò perseuerans in plurimos dies porrigitur. Oritur hæc ex sangui ne utiq; bifariam, nam si is citra putredinē pror sus quàm par est amplius incalescit, ex Diariarum febrium genere erit synochus, & appellatur synochus non putrida. Si autem manifestam cum ardore putredinis notam habeat, præsertim in magnis partibus instrumentarijs, & ampliori bus uasis uehementior accidit febris, quæ uerè synochus, & putrida quidem cognominatur. Et eius sanè synochi tres sunt differentiæ: Nā quædā illarū semp à principio quietior, deinde paulatim augetur, & exiguū aliquid adijcit eo, quod id quod putredinem experitur copia excedit id quod resoluitur. eam Græci ἀναβατικὸν καὶ ἐπακμαστικὸν, *hoc est, incrementum suscipientem, aut inualescentem nuncupāt. Quædam principio acrior insultat, mox paulatim diminui tur & decrescit, quoniam id quod resoluitur, superat magnitudine quod putrescit. Hanc* παρακμαστικὸν, *id est, decrescentem Græci nominant. Alia ab initio ad finem, eadē ad unguem quantitate & uehementia perdurat. quoniam id quod resoluitur, cum eo quod putredinem sentit*

ſua utraq; copia ad amuſsim reſpondent. Vocatur hæc Græcis, ὁμότονοσ, καὶ ἀκμαστικὸσ hoc eſt, in eodem uigore perpetuò perſiſtens. Notis huiuſmodi febris hæc depræhenditur: Facies pariter & oculi rubore ſuffunduntur, tempora inflantur. corpus uniuerſum conſpicua repletione, ſegnitia, laſsitudine, grauitate laborat. Capitis dolor cum inflammatione & grauitate infeſtat, calor & humiditas corporis augentur, pulſus magnus eſt, uehemens, citus, plenus et lenis, cum arteria nec duriore nec molliore. Vrina tenuis eſſentiæ, nō multum à naturali diſsidet, niſi quod paulò coloratior, conchiliorum ſanguini propius accedit. Quin et ſuſpiriū, quod aſchma uocatur, hanc interdum febrem comitatur, tum propter magnam ſanguinis & caliditatis copiam, tum quod aliquid uaporum pectus tentat, & branchijs pulmonum infarcitur. Porrò curatio prædictarū differentiarum, quiddam cōmune, quiddā ſingulis ꝓpriū habet. Ea quæ ex diariarum febriū genere exiſtit, quū ſanguē immodico feruore ſine putredine ſuccenditur, haud aliter atque uera ſynochus curatur, communi uidelicet atq; ijſdē remedijs. Ratio itaq; curandi à

ſanguinis miſsione auſpicãda.etſi robuſtæ uires ſunt, nihilq; aliud inſigniter repugnat, ſanguis uſq; ad animi defectũ auferendus.maximũ enim hoc ſynochi febris eſt remedium.Primum quod corpus ex animi deliquio celerrime refrigeratũ, in cõtrariũ ſtatũ,febre profligata, prõptiſsimè agitur.Deinde,quod in eiuſmodi corporib.ſæpius ſuperuenit diaria. Cõducit et clyſtere ex aqua oleis benedictitet lẽtitia pſilij,& oleo roſaceo inflãmationẽ extinguere.cuius etiã ergô uſurpanda aqua uirgæ paſtoris et ſalicis, et pſiliũ cũ oleo roſaceo.decoctũ cucurbitæ, & ſuccus citri oleũ uiolaceũ. Si lingua uehementer ſiccà & ſalebroſa fuerit,grana cotoneorũ, pſilliũ & ſemenalthææ aqua macerentur, quorũ marcor pmiſceatur cũ oleo de ſemine cucurbitæ dulcis et ſaccharo,& fiat linctus qui lambendo ſubindè deglutiatur paulatim.Quumq; nigredine et aſperitudine tentatur lingua,præmemoratis ſeminibus tritis,linteoloq; inuolutis ad ruborem uſq; fortiter confricetur. A frictione eiuſmodi utatur aqua citri, oleo uiolaceo,uino ſuccòue malorum Punicorũ, muzorum cum oleo de ſemine cucurbitæ dulcis. Porrò ſi caro, hoc eſt,ſomni

pro-

profunditate, quam Subet Arabes appellant, ut hementer occupentur adeo, ut neq; oculos aperiant, & omnino muti decumbant, neq; quicquam interrogati respondeant, nihil sanè capiti admoueatur olei, neq; emplastra cum farina hordei, uerum imbris instar adspergatur ex alto embrocha ex oleo rosaceo & aceto. Quod si acerbius ingrauescēte morbo huc illuc seipsum enormius qui laboret, iactitet: et uenter spiritibus ita inflatur ac distenditur, ut concussus tympani sonitum edat, & uentris solutio iustò amplior superueniat, nec tamē uentris inflatio subsidat, iudicabis eum morti proximum, præsertim si appareant in ipso uariolæ uirides, maximè si spaciosæ, latæ ac sessiles, et sudor multus toto corpore diffluit: Quod si fiat sanguinis ex naribus eruptio, tempore nempe decretorij, tātum abest ut sistendus sit, ut obuijs etiam ulnis sit amplexāda. Nisi adeo fuerit exuberās ut uireis deijciat, tum enim præsidijs, quæ de Sanguinis ex naribus profluuio capite peculiari memorata sunt, subueniendum.

DE CVRA FEBRIS EX ABSCESSU MORBILLI. Cap. XIIII.



VOD si febris huiusmodi ex abscessu, quem Almesire Arabes nũcupant, originem ducat, Abscessus ante omnia sanguinis detractione, & pharmaco ex geminis myrobalanis, prunis, tamar Indis & capnio, hoc est, fumaria curandus est. Atq; si res postulare uidetur, aqua etiã Solani, aqua mandragoræ & endiuiæ cum caßia fistulari præbeatur: mox etiã aqua hordei cum uino aquáue granatorum, muzorum exhibenda. Abscessui autem linimentũ ex sandalis rubeis, auelana Indica, gleba Armeniaca, succus (sic uocãt) memithæ, cum aqua solani & coriandri udi & caphura.

DE CVRATIONE VARIOLARUM. Cap. XV.



VOD si ob febris feruorẽ hulcuscula quas uariolas nũcupant, hinc inde oboriantur, curatio à sanguinis itidem mißione per ue

nam

nam, auſpicabitur, ſi uictus permittat, Si eadem imbecillior ſit, à cucurbitularum adplicatione: Obſeruentur autem curioſius lumina tantiſper dum nihil hulcuſculorum ab eis emergatur: & ſubinde fricabis oculos aqua roſacea, aqua rhois, hoc eſt, ſumach, et aqua malorum Punicorũ. Sunt qui perungunt oculos aqua expreſſa ex ſemine roſarũ & ex carne pulpaue granatorum. Quum igitur hulcuſcula apparent, tenuiſsimũ pului ſculũ oculis conſecratũ (alcathol à Barbarit appellatum) in aqua coriandri humidi, ſicci in aqua cœleſti colata macerati dilutum, in oculos ſtillatim indito. Et quo hulcuſcula euidentius et citius compareant, citra pectoris conſtrictionem & omnem anguſti, ãabſq; animi deliquio et faſtidio, ſeu nauſea, propinabis laccæ denarios quinq;, cum lenticulæ rudis, hoc eſt, neq; excorticatæ neq; ablutæ denariјs ſeptem, & dragachantæ denarijs tribus, Coquãtur ad tertias in aquæ ℔ 1. & colo diffundãtur. Potus eſto aqua hordei, duabus uidelicet hordei prtibus cum una lentium decoctis. Cibus autem ſit phaſeoli, hordeum, attriplex, blitum cum oleo. Quod ſi res exigat, ut uenter aſtrictior infirmi lubricetur,

tur fiat id decocto prunorũ, iuiubarum, paſſularum, tamarindorum, caſſia fiſtularis & terenia bin per ſeptem dies, à ſeptimo autem die uentris deiectio fugienda & arcenda eſt. Solemne etenim huic eſt ægritudini, ut ſub finem eius, aluus ſuperueniat ſolutior. quoniam ſolet magna ex parte ſemper materiem retentam nec tempeſtiuè excretam uel diarrhæa uel excoriatio, propter materiæ acredinem, excipere, Poſt ſeptem itaq; ut diximus, dies, præbeatur lenticula toſta cortice detracto, ex aqua malorum Punicorum muzorum elixa. & pro cucurbita fructum palmæ. Pro cibo alioquin expediunt, ex fructibus. uuæ albæ, mala granata muza, mala, pira, cotonea & id genus alia. Hyberno inſuper tempore focus illorũ gratia, ex lignis tamaricis & uitium ſarmentis inſtruatur, ad quem ſe calfaciant ægri. Vbi uero hulcuſcula cœperint exiccari, ſuper inducatur illis penna, farina oryzæ Perſicæ, aut farina milij adiectis radicibus ſiccis arundinum et croco, cum aqua roſacea confectis. Nec deſunt qui ita affectũ, ſale trito & cum oleo ſeſamino læuigato perungunt. Nonnulli frictionẽ probant eam, quæ cum decocto

ficuum

ficuũ, & sale, & furfuribus oryzæ adhibetur. Decumbat autem supra grabatum milio instratum, quoniam id hulcera illico arefacit & exiccat. Quod si qua in naribus aut ore suboriantur hulcuscula seu pustulæ, facto quidẽ ungẽto ex oleo rosaceo, dragachanta & cæra candida nares perliniantur. Os uero quietis tempore, cum marcore seu lenticia seminum cotoneorum aut muco psilij. Si porrò aluus fluida continenter fuerit, pastilli de spodio & pastilli de seminibus cum semine oxalidis ministrẽtur. Conficiuntur autem Pastilli de spodio cum semine oxalidis hoc modo.

Sumã-tur.

Amyli mola triti Croci Boli Armeni	℥ iij.
Spodij Granorum alborum myhrri	℥ iiij.
Rosarum *Gummi* *Terræ sigilatæ* Oxycanthæ Floris Punicæ sylue-stris (βαλαύστιον uocant) Castanearum	℥ v.
Semminis Oxalidis cortice exutæ	vi.

singula conterantur & per incerniculum traijciantur, & cum aqua cotoneorum diluantur & in pastillos redigantur. Qui *siccati cum aqua pirorum recentium propinentur.* Quod *si res usúsq; clysterem, efflagitent, infundatur unus ex his quæ supra de* Medendi *excoriationis ratione recensuimus.* Coturnices *ac pullos non edant donec exiccentur*, *& corpus á febre*

bre liberetur. Vescantur autem milio, cui cortex detractus sit, cum hordeo mollito, aut ptisana hordei decocto. Si his actis & transactis omnibus synochi quædã reliquiæ restant: Sequentium pastillorum usus uehementer cõmendatur.

PASTILLI SANGVINEI FEbris reliquias arcentes.

Accipe { *Spodij*, *Citri* ℥ ℈ iij. *Seminum portulacæ* ℈ v. *Cucurbitæ dulcis* ℈ vij

conterantur singula & cribentur & cum muco psillij redigantur in pastillos. Propinẽtur cum aqua granatorũ, aut citri, uel intybi & cascutæ.

DE TERTIANA Cap. XVI.



SCIRE oportet quod tertiana *febris continens habetur & intermittens, cõtinens dicitur, quãdo putrescens materia, pariẽs, febrẽ in uenis et arterijs cõpræhẽditur: intermittẽs*

quum

quum extra uenas & arterias continetur. Quarum hæc cum algore & tremore uehenti incho at. illa citra rigorẽ oritur. Vtraq; biliosa est. Posterior uero Græcis καῦσος, *latinis* Ardens *febris appellatur. Differunt autem inter se tertiana continua, & ardens, quod in illa quidẽ bilis præter naturam accensa ac putrescens per omnia instrumenta & totum reliquum corpus defertur: in ardẽte uero flauæ bilis, humor flagrãs in uasis & cordis ambitu, unà cum sanguine cõtinetur. Est etiam quando ardens febris ex pituitoso humore salso procreatur. quemadmodũ in uolumine de* Suppetijs *ægritudinũ superuenientium inscripto, clarissime docetur.* Diaria et bili *deiectio, nonnunquàm etiã bilis uomitio, & per totum illico corpus mador quidã, seu etiam sudor febris, idcirco feruor hac ratione citra controuersiã extinguitur,* Nec *est, quod ualida existente uirtute solemnem dierum numerũ solicitius obserues.* Neq; *enim protinus cõmites piaculum, si uehementiore febre urgente, alijs etiã diebus quàm sexto ac septimo, uena incisa sanguinem detrahas. Si quando uerò quidpiam sanguinis mißionem seriò prohibeat, diætã interim*

ac cætera remedia, quæ obstructiones liberant, crassa incidunt, et feruorem febris restinguunt, adhibebimus. Quocirca aluus cum decocto prunorum oxyphœnicorum, uulgò tamarindorum, passularum purgatarum, manna item, & cassia fistulari ducatur. Sed si aluus plus æquo adstricta, leuibus hisce ac blãdis potionib. deiectorijs non respondeat, proderit per sedem clementes clysteres ex decocto chamæmeli, uiolarum siccarum, (tribuli, quæ herba Arabibus *hasech uocatur) myxorũ (sebesten nominant) hordei excorticati, althææ cum saccharo rubeo & penidijs adiecto oleo uiolaceo, aut sisamino sale et nitro (*Baurach *uocant) pauco infundere. Vbi uerò aluus lubrica euaserit, aqua hordei seu ptisana præbenda est. Siq; natura hominis aridior, & uenter ad siccitatem pronior sit, eadem cum aqua malorum* Punico *um dulcium uel cum apposito quopiam zulapio, aut saccharo propinetur: sin minus, cum aqua granatorũ muzorum, aut cum oxymelite præparato cum saccharo. Cibus erit ijs lenticula à cortice purgata, cũ attriplice & blito & pisis, phaleolis'ue mes appellatis: aut cucurbita, & spinachia cum oleo de*

h amygda-

amygdalis dulcibus, & oleo ex oliuis non dum maturis (omphacinum uocant) abluto, depurato. Si partibus, cum id genus edulijs uesci nequeant, ptisana hordei in aqua calida per horam macerata, deinde frigida abluta, ne rugitum aut flatus parat, adiecto sacharo permodico comedendum exhibeatur. ptisanaq; tritici pari ad unguem modo præparata, ptisana item ex siligine, haud aliter macerata, & instructa. Ex fructibus probantur imprimis pruna recentia, mala Punica, dicta muza mala, meditullium citri & cucumeris. caro palmularum & cucumeris, uua alba & his similia. Potus esto, aqua prunorum & cucurbitæ, adiecto saccharo, zulapium, uinum malorum granatorum muzorum, & succus siue aqua malorum Medicorum, quæ citria dicuntur: si ægri natura & aluus siccior sit, si autem humidior & fluida sit, oxymeli succus medicatus (quem Arabes Rob dicunt) & malorum Punicorum merum utiliter præbetur. Quod si immodica alui & intestinorum leuitas infestat, potus loco cremorem, siue dilutum ptisanæ hordeacæ cum pastillis de spodio astringentibus propriora, & prohibeto zulapium, pariter

riter & saccharum. Præsenti etiam commoditate in potu succus medicus granatorum, succus medicus malorum, & succus medicus malorum cotoneornm syncærus & acidus præbetur. Quod si capitis dolor, quē κεφαλαλγίαν Græci, Sodam Arabes nuncupant, pariter cum febre affligit, fiat irrigatio capitis pluuiæ instar in caput destillando oleum rosaceum, cum acerrimo aceto ex uino pleno confusum, uel oleum rosarum, cum oleo de salicibus & aqua rosacea mixtum: quoniam reprimit materiam infestantem, cohibet, retundit, & infrigdat talis embrocha. Si extinguere tantum feruorem libet, & nihil repellere aut reprimere non parum proderit adspergo ex decocto uiolarum, aqua portulacæ, aqua salicum, aqua rosacea, oleo rosaceo, oleo uiolaceo & nympheæ quod Nymphacinum uocitant. Succus insuper uirgæ pastoris, mixtus cum oleo nymphææ, aut cum oleo de semine cucurbitæ dulcis & aceti momento, & caphura (camphoram uulgo nominant) ita laborantibus opitulatur. Quumq; res & necessitas exigit emplastra texantur artificiosè, salicibus recentibus contritis, & congestis, & ex

ramentis cucurbitæ, ſemperuiuo, farina hordeacea, (quam ἄλφιτον uocant) diluta ex aqua roſacea, & ſandalis albis. & caphura cum aqua malorum citriorum, & aqua roſacea, & momento aceti læuigatis. Si capitis dolori in ſynocho, ut ſolet, uigiliæ accedant, adplicabimus linimentum ex aqua lactucarum, & ex folijs recentibus papaueris confectum. Et emplaſtum ex floribus recentibus uiolarum & nymphææ, lactucaq; & papauere egregiè contritis, adiecta farina hordeacea & exigua althæa, quæ rediguntur in emplaſtrum, cum aqua cucurbitæ & oleo uiolaceo læuigata. Si his actis dolor non ſedatur, æſtusq; & feruentes halitus uaporesue calidi & ſicci capiti impacti mordicus hærent, embrocha ex floribus chamæmeli, uiolis ſiccis, roſis, hordeo, folijs nymphææ, folijs papaueris aut ſeminibus ipſius, aut ſemine lactucæ caput conſpergatur. Si ne hac quidem accuratius adhibita, capitis dolor demulcetur, febre uel prorſus ſublata, uel blanda modò reſtante, lac ſuper caput ægrotantis mulgeatur, ſi uires ſunt ualidæ, mulgeatur lac caprillum. ſi imbecilles, lac humanum. Poſt eiuſmodi lactis uſum, inijci-

iijciantur emplastra iampridem cōmemorata, & quiete per horam unam imposita supersedebimus, dum quiescat ægrotus, uel donec tollatur cruciatus. Posthæc errhina ex oleo uiolaceo, uel ex oleo nymphææ, cum lacte puellæ ad caput purgandum manibus infunduntur. Quibus omnibus ritè adhibitis, si nihil promouerimus, emplastrum ex chamæmelo, uiola, melliloto, & id genus anodynis confectum capiti imponatur. Si cruciatui uigiliæ complicentur, uascula aut cortices papaueris concisa, semen lactucæ, & mandragora emplastris utiliter & aptè miscentur, pro aqua simplici, aut quouis liquore aqua stillaticia lactucæ admixta, ut somno dolorem leuet. Cæterum hæc et huius generis cætera præsidia, non sunt nisi capitis dolor ex siccis uaporibus calidis nascatur, admouenda. Quum uero caput uaporibus humidis & craßis refertum est, lac, errhina, & huiusmodi caput purgantia uitanda sunt. istis namq; medelis capitis dolor id genus duplicaretur. Notat autem talem causam cum dolore quasi pondus & grauitas. Fotu igitur decocti herbæ ac florum chamæmeli talibus succurrendum, quo sanè tantisper utendum, quo

ad uapores per meatulos decocto chamæmeli resolutos euaporent. Et si ad sperginem, quam ἐμβροχὴν *Græci nominant, res postulare uidebitur, eandem ex eodem decocto a fotu fieri expedit. Quando autẽ grauedo ac ueluti moles onerosa, caput infestat: aut somni profunditas, quam* κάρον *Græci, Subeth Arabes nuncupant, laborantem occupat, oleorum usus nullus adhibẽdus est, quoniam meatus obstruit, crassumq́; & uiscidum humorem, morbi causam interius firmat. Pedes insuper ac manus iure chamæmeli calido perfundantur, ac si quidem æger sentit ex atractione huius decocti uaporẽ aut quamcunq; materiam ex capite per ceruicem in scapulas, spondyles, & dorsum uniuersum descendere, capitis dolor sedabitur & succedet tranquillitas: si uerò nihil descendere percipit, dolor persistet, neque ulla quies comitatur. quoniam cõtumax materies capiti impacta mordicus hæret. Valentiorem itaq; antispasim moliri conuenit, uinculis itaq; arctioribus manus pedesq́; excipiantur quæ tam uiolenter constringantur, ut egregiè offendant, & dolorem concitent afflicto, quin etiam* †*præputiũ* †*testes, si res exigat, funib. ualentius adductis*

uin-

uincantur. Quod si ægrotanti pectus constringatur, & inflatio superuenerit, tunc hostio uentriculi (quod stomachum dicunt) & uentri emplastra ex cinere arundineo cum althæa, & sandalis albis, & caphura, & aceto compacta imponantur. Prodest etiam ramentum cucurbitæ, quando læuigatũ cum fariua hordeacea, althæa, aqua rosacea, et aceto commiscetur, portulaca item quod holus benedictũ uocant, leuigata, cũ rosis emollitis, & sandalis albis, & aqua rosacea temperatũ, aut folia recẽtia salicis, et uirga pastoris, cũ aqua rosacea et aceto: aut muscus, seu lenticula cũ sandalis albis, caphura te aceto. Decũbat autem qui laborat, in cubiculo frigido recentibus folijs salicis, myrto, mandragora, rosis recentibus, uiolis recentibus, floribus nymphææ, et pampinis cum aqua frigida instrato: quæ sanè quoties incaluerunt, subinde permutẽtur. Valet itidem cerotũ ex oleo rosaceo, liquore citri, cucurbitæ & hyusquiami contextũ: quandoquidẽ id ori uentriculi et uentri impositũ, feruorẽ penitus extingυit. Est porrò in tertiana statim ab initio, inq; singulis accessionib. rigor uehemẽs, carnem acus modo pungẽs ac uulnerãs: uel instar a-

quæ feruentis, quæ corpori insubidè infusa, horrorem incutit, eò, quod bilis flaua, quæ tenuissimarum est partium, effreni feruore flagrātium, per sensiles corporis partes delata, easdem morsu acore suo impetit ac uellicat. Vnde calor naturalis cum sanguine ob mordicationem accurrens, in alto submergitur, & proinde partes extremæ calore destitutæ, cum algore tremunt. Fit etiam rigor ob frigidum humorem, qui partes sensibiles tentat & constringit, ueluti in febre cottidiana, quæ pituitosa est & quartana, quæ atrebiliosa existit, identidem contingit. A cottidianæ uero rigore & quartanæ febris frigefactione, in hoc distat, quod à rigore ab initio statim uehementi auspicatur: quum cottidiana magna ex parte non à principio statim, neq; in singulis accessionibus à rigore ingruat, propter pituitæ crassitudinem, cruditatem & uiscositatem, successu uero temporis extenuato, cocto & inciso humore exoritur, & paulatim ad summam usq; uehementiam augetur. Quartana itidem non cum rigore pungente, & hulcerante, sed cum refrigeratione (περίψυξιν Græce uocant) simillima ei quæ hyberno tempore sentitur,

Rigor tertianæ peculiaris

tur, ut plurimum inuadit. Quoniam melancholicus humor qui membra perstringit, exiguus & crassus principio est, neq; extenuatur nisi interposito tempore. Postremo autem progrediente auctaq; febre, humore illo coctura extenuato, uehementior euadit & ille, tandem rigor superueniens magnam salutis spem pollicetur. Vno *uerbo, tertianæ rigor corpus pungere & ueluti hulcerare uidetur, & nuncupatur ab ijs qui barbaram sectantur medicinam tremor simplex siue expansus, quod est uehemens.* Cottidianæ *rigor frigori hyberno similis est, & niuis instar algidus, & appellatur ab Arabibus* Alcarisati. *In quartana autem, rigor primo statim die nullus ferè, sed modo refrigeratio est, cum febre augetur ac grauitas dolorq; in hac usq; ad ossa molestant. eoq; uulgò, tremor ossibus laborem inducens, nominatur. Quin & biliosus uomitus, aluusq; soluta, biliosa, tertianā comitatur.* Accessio *durat ad longissimum in exquisita tertiana duodecim horas, deinde in febricitationem desinit.* Tempus *uerò integritatis, & apyrexiæ spacium triginta sex horarum existit.* Accessiones *ipsius maxima ex parte septem habentur.* Sitis

maior exercet; calor ingens æqualiter per totũ corpus extenditur, ac hominem exurit. Et capitis dolor, quem Sodam dicunt, iugiter infestat. Neq; citra molestiam & animi perturbationem hominum sustinent alloquia, nedum motum aliquem, hac febre conflictati. Vigilijs uexantur, etiam si nullo alioqui capitis cruciatu aut grauedine molestentur. Sunt, quibus manus pedesq; impendiò refrigerantur. Resolutis statim copia uaporis calidi percutem emergit, & sudor copiosus, quoniam humor tenuior sine negotio resolutus, per occultos meatus facile penetrans cutis superficiem occupat. Vrinam mingunt tenuem, & igneo fulgore ueluti flammeam, propter meræ bilis admixtionem, & os ignei feruoris copiam. Ampliter illi & frequentissimè spirant. Est porrò in tertiana febre pulsuum exactus ordo, & qui principio quidem exiguus, quoniam non statim calor ab initio per corpus uniuersum extenditur. In uigore uerò & accessionum incremento, ad uehementiã seu magnitudinem celeritatem & æqualitatem excitantur. Magnitudo quidem & celeritas, necessitati respondent: æqualitas uerò soli caliditati adscribitur, neq; u-

spiam

ſpiam alia in ea uarietas quàm febris diuerſitas habetur eo, quod nulla eſt materies quæ corporis uires neq; oblædat, neq; offendat. Atq; hactenus quidem de tertianæ notis, quæ à rebus contra naturam ſumuntur. Ex naturalibus autē dignoſcitur his notis, quod in uigenti ætate plurima ex parte conſiſtit in bilioſioribus natura corporibus, in temperamento calido, in tempore æſtiuo, in calidis & ſiccis regionibus, ſimilisq; aëris conſtitutione, in corporibus extenuatis & macilentis. Ex non naturalibus rebus, ijs indicibus deprehenditur hæc febris, quod in eo facile accenditur, qui cibus ac potionibus pluribus calidis & ſiccis utitur. Vita etiam exercitijs multis, laboribus, uigilijs, curis, ſolis feruoribus ac Veneri nimium addicta, quibus ſæpe utiq; numero eadem qua delinquunt hora, & mediocritatem plus iuſto excedunt, tertiana exquiſita & ſyncera accidit. Dignum uerò ſcitu, quod in tertiana non exquiſita & impura, ſingulæ iſtæ, quæ commemoratæ ſunt notæ, nequa quam exactè comparent, ſed pro ratione & quantitate bilis ac pituitæ inuicem commixtæ, inter ſe diuerſæ. Inq; ea non acceſsionis tem-

ſpus

pus solum duodecim horas excedit, neq; etiam, ut syncera, septenis circuitibus circūscripta iudicatur, neq; cum sudore notha finitur. Peculare autem & genuinum huic febri est, quod hac conflictati, in iocinore ebullitionis quippiam, caliditatis, & feruoris nonnihil sentiunt. Vbi sanè neutiquam inepta oritur quæstio, Quonam pacto fieri queat, ut bilis flaua, bilisq; atra, quum humores sint aridæ ac siccæ, putredinem experiantur? Cuius rei causa esse perhibetur, quod illa quæ sicca dicuntur, bifariā sicca haberi possunt. Aut enim siccum quid, in substantia quidē et corpore suo existit, in natura uerò ac temperamento suo, diuersum: uerbi gratia, saxa, ferrū lignum, & id genus. Aut siccum quidem in temperie sua naturali, resolutū uerò in corpore suo humidum existit. Exempli causa, mel, uinum, bilis flaua, & bilis nigra: quæ ratione humiditatis suorum corporum, & quia resoluuntur putredinem sentiunt, minime tamen ob suas ipsius naturales temperaturas suasq; uirtutes putrescunt.

CVRATIO TERTIANAE EXquisitæ. Cap. XVII.



VONIAM *autem teritana exquisita et syncera duplici subinde ex causa prouenit, uitio nempè & copia materiei: Vitio quidem, ut flaua bile, humore, inter omnes qui in corpore continetur, calidiore & sicciore cōmota: Copia uerò, cum eadem bilis iustū naturæ modū excedit: in curatione utriusq; singulis iuxtà contrario occurendum est. Quo igitur malitiæ temperamenti calidi & sicci ritè subueniatur, quàm maximè fieri potest, refrigerare et humectare conuenit. Multitudinem uerò materiei, per euacuationem elicere oportet, iuxta selectā* Hippocratis *sententiam*, Re; *letionem cūrat euacuatio. Neutiquàm igitur negligenda biliosi humoris, si res exigat, euacuatio, si prius aluo soluta cum iure prunorum, tamarindorum, manna, propineturq; tribus aut quatuor horis ante circuitum decoctum hordei, aut febre decedente.* Si quid potum hunc prohibeat, *aquam cucurbitæ, aut granatorum muzorum, aut oxymeli, de saccharo*

saccharo incunctanter hauriant. Cibis utantur laborantes, quibus refrigerandi & humectãdi facultas inest. ex oleribus quidem, lactuca atriplici, blito, malua, cucurbita, intybo, rumice, & similibus. ex fructibus, malo Medico, & cæteris ad conconquendum facilibus. ex alijs uerò, cremore ptisanæ, & piscibus saxatilibus. A uino, morbo etiamdum crudo, in totum arceantur. Cæterum ubi materiæ iam concoctæ signa, in lotio ostenduntur, euacuare ipsam ex eo loco, in quem ultrò repit, sine mora oportet. Eam nempè quæ ad stomachum confluit, per uomitum educere conuenit. Ciendus uerò est cum aqua tepida, & secaniabin. eam uerò quæ ad inferiora & ntestina uergit, alui deiectionibus elicere congruit. Aluus itaq; mollientibus enematis exinanienda est, cuiusmodi est qui

Recipit

Recipi
- *Herbæ uiolarum*
- *Blitis*
- *Maluæ*
- *Mercurialis*

  sing M I

- *Spinanchiæ*
- *Lactucæ*
- *Portulacæ*

  cuius libet M S.

- *Hordei puri, cobleare unum*
- *semi num* *Melonum*, *Cucurbitæ dulcis* — *cuius q;* ℨij

Decoquantur in aqua sufficiente, donec tertiæ pars consumatur, & colo diffundantur.

Accipiatur que.
- Huius decocti — ℔i.
- *Medullæ caßiæ fistularis*, *Sacchari rubei* — ana ℥ i.
- *Olei* *Nymphææ*, *Violarum* — ℨij.
- *Salis uulgaris sesquidenarius*

Si uerò peccans materies repit ad summam corporis cutem, sudorem medicamento euocabis. Si nasa uersus & iecur tendit biliosus humor, urina potionibus, quæ apio, anetho, myrobalanis et absynthio constant, prouocanda, eo quod in ab-

ſynthio geminæ quidem, ſed contrariæ ſint uirtutes, aſtringens uidelicet, & aperiens ſiue ſoluens. Et proinde ſi coctionis notæ apparebunt, iam tuto abſynthium exhibebis, ante concoctionem nequaquam, alioqui præcipuam uentriculi à bile infeſtati præſidium. Porrò ſi febris eſt tertiana expedita et ſyncæra, lauet ægrotus etiam, anteq̃ ſigna concoctionis oſtendantur, præſertim ſi is lauare cõſueuerit, & eis delectetur. Eſto autem blaneum calidum ex aqua dulci, quandoquidem non tam bilem ducit, quàm ſua qualitate iuuat. Si febris eſt notha, puta uel phlegmatica, uel melancholica, tunc balneo minime gentium, priuſquàm concoctionis notæ apparebũt, credantur. Cæterum in ſpuria tertiana, uirium robore conſtante, cibus non niſi alternis diebus afferatur. Ciendus uero uomitus ſemper à cibo extenuante & abſtergente eſt. Si aluus ſit aſtricta, clyſtere acri & uehementiore infuſo lubrica reddatur. quoniam humor, qui ſpuriam parit tertianam, uiſcidus, tenax & glutinoſus eſt, & propter pituitæ miſcellam contumax & uacuatu non. Quod facilis ſi quid ab euacuationi per clyſterem deterreat, per ſuperna hanc moliri

moliri ne dubites. Euacuandum idcirco imbecilla existente uirtute, & ardore uehementi cum ſyropo roſaceo laxatiuo, algeniabin, & manna, aut alubleb & uiolarum ſiccarum iure. Virtute uerò existente ualida, cum medicamento de eupatorio, aut cum iſtis catapotijs fiat euacuatio.

CATAPOTIA IN TERTIANA *notha præſentis auxilij.*

Accipe:
- *Hieræ denarios quinque*
- *Succi abſynthij* } *ſingulorum denarios tres*
- *Succi eupatorij* }
- *Seminum apij unciam, ſemunciam.*
- *Myrobalanorum luteorum (citrinos uocant.) denarios quatuor*
- *Myrobalanorũ cærulorum (Indos hominant.) unciam dimidiam.*
- *Salis indi denarios duos*
- *Paſtillorũ (trochiſcos Græcè appellant) de roſis denarios quinque.*
- *Turpeti, quod turbith hodie dicunt, denarios ſeptem.*

Summa ſimplicium quæ ingrediuntur, numero ſint nouem, quæ ſingula in puluiſculum trita, & per incerniculum traiecta cogantur cum ſtilla-

ticio liquore apij, & formentur catapotia, quorum denarij duo cum aqua tepida deglutienda offerantur. Quod si aluus lubrica per se citra pharmacum respondeat, decoctum rosaceũ cũ saccharo algeniabin uocant et oxymeli sine appendice propinabitur. Si hordeiquoq; aquam res exigat, fiat decoctũ ipsius cũ apij et fœniculi radicibus, Quod si immodice & iusto largius redundet infestans materia, cum decocto ciceris. sin calor magis naturæ modum excedat, cum sicla intybóue, & asparago. Post septimũ autẽ diẽ, absynthij decoctũ igitur exhibeatur, quẽ ad modũ lib. 1. Galenus Methodi medẽdi ad Glauconẽ *diligẽter præcipit eò quod crassa extenuat uiscidum incidit, & uentriculo robur indit. Post quatuordecim uerò dies opitulantur oppidò stillaticius liquor, siue decoctum fœniculi & apij cum syropo rosaceo, & pastillis rosaceis.* Si uero *morbus in longam procrastinationem protrahitur, eupatorij decoctum propinari debet. Fugiendum autem est ægro ad consummatam usq; materiæ concoctionem balneum, alioqui trifariam delinquitur, mouendo, & eliciendo crudos humores.* Primùm, *quod febris huius mate-*

ria,

ria, quæ utiq; crassa, cum pituita utpote permixta, si proritatur & foras elicitur, antequàm cõcoquatur & resoluatur, obstructionem & putrefactionem procreat. Secundo, quia si humor, siue materia, putredinẽ expertus, in parte quapiam retentus succenditur, & motu aliquo, & prolicione cum aliquo humore incorrupto & putredine exorta permiscetur, inficit ipsum, & putrefacit. Tertio. quoniam dum id quod est tenue & sequax, admodum euacuationi obtemperat, crassum contumacius persistit, & ueluti murus aheneus renititur.

DE QVOTIDIANA Cap. XVIII.



VOTIDIANA, *quã Græci ἀμφιμέρινον nuncupãt, ex pituita aut intra uasa aut extra uasa (hoc est in uentriculo, aut uacuis alijs quibusdam interioribus locis) putrescente oritur. Quæ intra uasa accenditur, febrem citra algorẽ inducit. Quæ extra uasa, refrigerationem primò, propter pituitæ partem non dum putrescentem habet, progressu uerò temporis, horrorem rigoremq;*

propter putritam putidam & feruore flagrantem acquirit. Calor porrò huius febris, roris quippiam instar calidiusculi præfert, & copiam uaporis calidi per cutem elicit, quandoquidem inde humidus quidam uapor, haud aliter atq; ex lignis uiridibus udus ac fumosus emergit. Percußus arteriarũ in hac febre inordinatus, debilis, multoq; minor quàm in quartana habetur. Cæterum pituitosus humor robur uirium non sua frigiditate solum deijcit, sed nimietate etiã sua & craßitudine, multus namq; & craßus magna ex parte existit. Vrina in quotidianis ab initio statim alba, tenuis, & aquosa emingitur, propter cruditatem humoris pituitosi. Circa finem autem & morbi declinationẽ, rubea, crassa & turbulenta euadit. maximè quidem, quum humor coctionem experitur, turbulenta uero & impura propter craßitiem materiei existit, & euacuatur. Quando hæc febris in plurimos dies protrahitur, facies ægrotantis intumescit, & inflatur. lienitidem in tumorem aßurgit, & amplius increscit, idq; ob craßitudinem materiei. Redditur totius corporis cutis pallida, & colore subuiridi, quòd pituitæ frigiditati debetur.

tur. ingruit maxima ex parte accessionis circuitus uespere. Est in hac febre aluus, ut plurimum propter humorem pituitosum, soluta et humida, nisi ægrotans natura calidioris temperamenti sit. Occupant accessiones, ferè decem & octo horarum spacium: remissiones uerò, sex horarū tempus obtinent, neq; unq̄ ad exactam febris quietem desinunt. Accidit ipsi dolor uentriculi præsertim oris ipsius, uomitus item pituitosi complures. nullus omnino sudor in primis maxime diebus erumpit. Per aluū excernuntur crudiora, aquosiora, & pituitosiora, humiditas roris instar orificijs inspargitur. Minimè aut parum saltem, qui sic febricitant sitiunt. quoniam non lingua solum, sed totum corpus plenum humoribus reperitur. Si uero sitiunt, non pituitæ ratione, sed putredinis ergô sitiunt. Solet enim et putrefactio sitim inuehere. His igitur signis, ex rebus, quæ præter naturam sunt, depromptis, potissimum hæc febris dignoscitur. Ex naturalibus autem rebus, notæ eiusdem febris huiusmodi scitè colliguntur. Quod febris quotidiana humidas pituitosasúe naturas plerumq; infestat, puerilem item, & senilem ætatem, illā

quidem, propter crapulam, gulosi quippè sunt pueri, hanc uerò propter frigiditatem. Præceteris autem quotidianæ obnòxij sunt, uẽtri quàm maximè dediti. qui balneis aßiduis, præsertim à cibo & uictus ratione humida & frigida iugiter utuntur. frigida & humida cõstitutione præditi, & eiusdem constitutionis regione & aëre degentes. Ex anni uerò temporibus hyeme, quotidiana facilius accidit. Ex rebus autẽ non naturalibus haud obscura indicia habẽtur, quod amphemerina omniũ maximè plurimo ocio deditos corripit. & eos qui plus alimenti ingerũt, quàm concoquunt. somno & laboribus continuis, præsertim statim post cibum, addicti sunt. Solemne *imò peculiare malum quotidianæ est, dolor oris stomachi & uentris. Scito autem quod hæc febris est & longa & uehemens sua enim natura singulis diebus acceßiones facit. neq; ullum integrum diem quiescit, imò neq; unquàm ad infebricitationem (ut diximus) peruenit, cruciatum porrò hũc oris uentriculi comitatur, N*ausea *itẽ (quia dolor uitiosos humores attrahit) ciborum fastidium, & cruditas, seu praua coctionis functio.*

Cu-

CVRATIO QVOTIDIANAE, Cap. XIX.



VRANDI *huius febris ratio in uniuersum sic instituatur: Transactis tribus aut quatuor diebus uictus ratio incisoria & extenuans præscribenda est.* Oxymelite *itaq; & ijs quæ urinam eliciunt, statim ac iugiter utendum. Circa morbi uero uigorem de uentriculo, præsertim de ore ipsius sollicitudo habenda est:* Et *per septem dierum spacium mel rosaceũ in aqua calida offeratur. Post septem uero dies idem cum remedijs, quæ uentriculum eiusq; hostium corroborant, & urinam strenuè proritant, (quod genus sunt, mastiche, & anisum,) exhibeatur.* Deco*ctũ autem earum rerũ subinde propinetur. Ab a qua uero frigida æger omnino arcendus est, sed eius loco calidam bibat, auspicante paroxysmo rum circuitu: quoniã algorem accessionis compescit ac temperat, humorem infestantem extenuat et resoluit.* Sitim *arcet & extinguit.* Si *res uentris solutionem exigat, moliatur eandem decoctum mel rosaceum. Caßia fistularis recens*

extracta, aqua alubleb et pœnidij. Sunt qui cũ decocto alubleb medullas cnici (hodie cartamũ nominant) aut succum seminis eius haurire præcipiunt, alij uiolas siccas cũ saccharo porrigũt. Primis quidem diebus, aluus clysteribus blandis & molliẽtibus, cira finem uerò acrioribus eluẽda est. Si hordei decocto opus uidetur, apij radicis et fœniculi uncia una, in eodem decoquatur. et propinetur in oxymelite. Si hordei decoctũ scat in uentriculo, mulsa eius loco præbeatur. Quod si qua uomitio in hac febre, præsertim in exacerbationum circuitus principio superuenerit, caue impedias, nisi modum usque adeò excedat, ut uires deijciat. Tum enim cum serapio, hodie syropũ dicunt, de cotoneis, quam miuam indigtant, et serapio granatorum cum melle & menta confecto sistenda est. Confert etiã hoc medicamentum, quòd.

Accipit { Malorum Punicorum denarios x.
Thuris albi } singulorum denarios quinq;
Masticħes }
Mentæ denarios septem.

Decoquentur cũ aquæ libris duabus, donec pars media consumatur & colo diffundatur, propinaturq;

turq; qualibet hora momentum, non affatim ac largius semel, sed plurib. uicibus. Neq; heic pru norum & tamarindorum decoctum, neq; succus medicatus (Arabes Rob uocant) *ex agresta aut è ribes, & similia exhibenda sunt, quoniam mimis sunt frigida. Si uomitus per se non accidat, arte proliciẽdus est, iubendum itaq;, ut ægri à radicula & cibo euomant, uel iubebimus, raphanum in oxymelite maceratum sumere: & calidam, in qua anethum & calamintha et salis momentum elixa sint bibere, uel confundemus hoc decoctum cum raphano in oxymelite macerato, & propinemus unà. A uomitu uerò cõfestim mastichen, anisum et mentham mandendũ porrigemus. Quando autem capitis dolor cum hac febre infestat, fotus ex decocto chamæmeli instruatur: & postremo in decoctum manus pedesq; laborãtis calidum collocabimus: mox etiã crura ligaminibus & fasciolis excipiemus: neq; adplicetur oleum* Alimentũ *tenuis essentiæ, præsertim circa morbi uigorem, uirtute ualida modicè ministrandum.* Transacto *autem uigore, cibi, in statu circumscripti rursum augeantur & ualentiores præbeantur. Esto autem cibi*

ſumendi tempus, dum febris remittitur, ceſſat, & quieſcit, uel tribus aut quatuor horis ante ſtatum. decoctum nempe ciceris, blitum uel aſparagus decocta, & muria & loto oleo condita. Potu utendum craſſiore. niſi materia ſit quaſi gelu concreta, tum enim aqua mulſa, & aqua ſaccharata propinetur. Poſt quatuordecim autem dies decoctum, uel aqua ſtillatitia fœniculi, apij endiuiæ & cichorij, cum ſaccharo roſaceo aut melle roſato exhibenda, paſtilli'que de roſis confecti cum liquore ſtillatitio endiuiæ, & aqua mulſa. Aluus porrò ſubinde cũ catapotijs διὰ ἀλόης, id eſt ex aloë, aut cum pilulis de eupatorio aut his, quæ ſpeciebus conſtant, aut cum his, quæ ſubijciuntur.

CATAPOTIA FEBRI COTTIDIANÆ *accommodatiſsimæ.*

GLOBVLI *ad pituitoſam humorẽ educendũ, caput & uentriculum expurgandum comprimis utiles et neceſſariæ, ex his, hoc modo conficiuntur.*

Hieræ picræ denarium pŏdo ſeptem.

Accipe:
Turpeti (turbith uocăt) denariū pon do x.
Myrobalanorū cæruleorū (Indos nominant) denarium pondo quinq;.
Paſtillorum roſaceorū, denariū pondo quatuor
Herbæ eupatorij, denariū pŏdo quinque
Salis Indi, denarium pondo trium.
Spinæ albæ Bedeguardæ appellatæ, Sucaba, Herbæ ſcolopendrij — ſing. ʒ iiij.
Aniſi denarium pondo trium.

Summa ingredientium nouem, quæ conterantur & cribrentur, & cum decocto apij colato, læuigata, in catapotia formentur. modus eſt pro uiribus cuiusq;. Vbi horum globulorum uſu febre contumaciter perſiſtente nihil profeceris, hoc efficatius decoctū propinabis.

DE-

DECOCTVM ADVERSVS *quotidianam inueteratam efficax.*

Accipe:
- Radicũ { *Apij*, *Fœniculi*, *Lilij* } *cuiuſlibet denarios x.*
- *Maſtiches denarios duos*
- { *Herbæ eupatorij*, *Roſarum*, *Abſinthij* } *cuiusq; denarios vij.*
- *Scolopendrij unciã dimidiam.*
- *Spinæ candidæ, quã* Arabes Bedeguard *nuncupant, denarios quinque.*
- *Paſſularum purgatarum denarios uiginti.*
- *Myrobalanorũ luteorũ (citrinos uouocant) mundatorum denarios x.*
- *Myrobalanorũ cæruleorum, quos Indos pariter & nigros dicunt, denarios* vij.

Coquantur *in aquæ libris duabus ad medias, transfundantur colo. doſis, eſt triens cum melle roſato, aut oxymelite, alijs cibis non dum guſtatis, appetente diluculo.*

DE-

DECOCTVM ALIVD AD *febrem pituitosam ueterem.*

Sumã-tur:

- *Euparorij denarij uiginti.*
- *Absinthij, Scolopendrij, Spinæ albæ, Seminũ cap paris, Coriandri ſicci* — *ſingulorũ denarij vij.*
- *Myrobalanorum mundatorum, Fumariæ, hodie fumum terræ uocant* — *cuiusq; denarij x.*

Decoquantur ſingula in aquæ ℔ *iij. donec partes duæ conſumantur, & una tantum romaneat. colo transfuſum potandum præbeatur. Si frigus intenſius urget acrius, expedit hoc decoctũ.*

DE.

DECOCTVM AD FEBREM AN*tiquam & algorem intensum.*

Sumito
- *Herbæ eupatorij denarios quinq;.*
- *Seminum* { *Ameos*, *Apij*, *Fœniculi* } *sing.* ʒ *iij.*
- *Medicinæ Asageren denarios sex.*
- *Rosarum denarios quinq;.*
- *Origani denarios treis*

Decoquantur singula aquæ ℔ *iiij. ad* ℔. *1. coletur, et exhibeantur* ʒ. *iij. tepidi. Præsentis etiam auxilij habetur elixatio ista.*

DECOCTVM ALIVD AD FE*brem pituitosam, antiquam, & frigus compescens intensum.*

Accipe
- { *Origani*, *Ameos*, *Rosarum* } *sing. denarios treis*
- *Coriandri sicci denarios quatuor*
- *Calaminthæ palustris denarios* V.
- *Passularum mundatarum denarios septem.*
- *Zingiberis denarios treis*

Elixentur singula in aquæ trepondo, donec duæ partes

partes absumantur, deinde colentur, & propineturcolatura. Quin et aqua calida, fotus modo subiecta, ægro incubãti frigus arcet. præstat autem eam esse, decoctum chamæmeli, fertulæ campanæ, sampsucæ, & similium. Corpus etiã utiliter perungitur cum oleo de stichade Arabica, aut oleo de costo. Nec est, quod pullis, coturnicibus & perdicibus uescantur, priusquàm febris uehementiam ponat, placetur, & quiescat: nisi periculũ sit, ne succũbat tenuiore uictus ratione et morbi diuturnitate corporis uirtus. Si pedum aut faciei tumor inflatiòue superueniat, pastilli qui subijciuntur, exhibendi sunt.

PASTILLI AD TVMOREM pedum & uultus in Quotidiana conducibiles.

ROTVLAE, siue pastilli quas Græci τροχίσκους nuncupant, contra inflationẽ & frigus in pituitosa febre.

constat ex
- *Anisi denarijs quinque*
- *Amygdalarum à cortice mundatarum semiuncia.*
- *Schœnosanthos denarijs tribus*
- * *Aloës lotæ denarijs quinque.* (* *laccæ ablutæ.*)
- *Rhei barbarici, quod raued dicunt, denarijs sex.*
- *Croci orientalis denarijs tribus*
- *Hieræ picre denarijs septem*
- *Succi eupatorij denarijs tribus et dimidio.*
- *Seminum* { *apij* / *fœniculi* } *cuiuslibet* ʒ vi.

Ingredientia numero sunt decẽ, quæ singula trita & per incerniculum traiecta cum aqua stillaticia solari redigantur in formam pastillorum, et propinentur cum aqua calida, uel cum liquore stillatitio de radicibus. Et si res & necessitas postulauerit, in potu etiam exhibeatur confectio, diacucurma, & dialacha, & diacostum, & diameron. Maximas itidem suppetias cõferunt hic pastilli, quos Galenus libro de cõpositione Pharmacorum secũdum loca composuit, quorum confectionis modus sic habet.

PA-

PASTILLI ALII AD FEBREM *antiquam, algorem, tumorem faciei, manuum & pedum.*

Accipe
- *Anisi semunciam.*
- *Folij*, *Asacri*, *Absynthij*, *Spicæ odoratæ*, *Amygdalarum à corticibus mundatarũ* — *cuiusq; denarios treis.*
- *Aloës semunciam*
- *Succi eupatorij denarios treis*
- *Seminum apij denarium unum.*
- *Mastiches tantundem.*

Leuigentur in puluerem, et traijciantur per incerniculum, & redigantur in pastillos, propinentur in aqua stillatitia, siue decocto apij, uel oxymelite. Nec te lateat, quod febris quotidiana non semper est exquisita, sed notha sæpius. hoc est impura, quando uidelicet bilis flaua cum pituita permiscetur. In cuius utiq; curatione summo studio cauendum, ne calorifica impendiò remedia admoueantur, ne ignis camino (ut prouerbio utar) addatur. Sin uerò pituitoso humori bi-

lis atra cōmiſceatur, adminicula quæ calfaciūt, in eius medicatione et tutò et cū utilitate poſsūt adhiberi. uerbi gratia, paſtilli de abſynthio, cum liquore ſtillatitio, ſiue decocto, de radicibus. Cōfectio διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων, *hoc eſt de triplici genere piperum. confectio de zingibere, antidotus è uiperis, quam Theriacam uocant, diacyminum, & id genus reliqua.*

DE QVARTANA Cap. XV.



QVARTANA *febris etiam ex interpolatis eſt. quæ quū ſyncera ter & expedita exiſtit, è ſola attra bile, extrauaſa putreſcēte proficiſcitur: eodē uerò humore intra uaſa putreſcente cōtinua quartana euadit. Sumūtur quartanæ ſigna à rebus quæ tum præter naturā tum naturales à Medicis appellantur. A rebus præter naturam hocmodo: erraticis hæc magna ex parte febribus ſuperuenit, eo quòd humor qui eam procreat, nonniſi ex aliorū humorū aduſtione exoritur. Quod accidit principio nimirum, quando lien oblæſus propter imbecillitatem non quantum res exigit, attrahit et conſumit. & quotiens ſe quis eduliis uiſcidis, te*

nacibus,

uacibus, tardi transitus, frigidis & exiccantibus & bilem atram creantibus largius usq; inuitat, ac onerat, quàm splen posit uel expurgare uel coquere. Inter initia circuitus accessionum quartanæ tremor corpus fatigans & oblædens accidit. Perduratq; *accessio febre expedita existente, quatuor et uiginti horarum spacium.* Nō *syncera autem febre, uel breuior uel longior habetur exacerbatio. si bilis flaua cum atra permiscetur, breuior: si pituita, prolixior erit insultus, qui Græcè παροξυσμὸς appellatur.* Neque *uerò te lateat, quod prolixitas febrilis insultus, uel ad materiæ craßitudinē, uel ad eius copiosam molē: utriusq; enim singillatim cōtumatior est resolutio, uel ad uirtutis imbecillitatem cuius ergò nequit expellere infestantem succum: uel ad corporis deniq; spißitudinem, quam propter uapores ac sudores obstruūtur, potißimum refertur.* Sed *& anni tempus, nempe intensius algidum, cuiusmodi est hybernum accessiones protrahit. res è diuerso contrariæ periodos breuiores reddunt.* Duos *hæc febris dies, hoc est xlviij. horas intermittit, & quarto quoq; die reuertitur, unde & nomenclaturam sortita est quartanæ.* Cor-

pus in hac est minimè impurum, quoniam materia eius instar cinis existit. Vrinæ sunt tenues, albæ ob cruditatem & aquosæ per morbi principium, in decremento plerumq; nigræ. Neq; id sanè perpetuum, quoniam urinæ in hac febre sunt pro uarietate colorum humoris unde nascitur quælibet, diuersæ. Rursus in accessionis principio paruæ, tardæ, & raræ sunt, in summo uigore magnæ, æquales, & plurimum diuersæ. Intumescit ampliter, & magnificatur ob atræ bilis copiam lien. Color cutis uiridis & plumbo similis, & siccior deniq; euadit. Alui excrementa arida ualde atq; subnigra redduntur. neq; sudor copiosus profluit. Hactenus signa à rebus præter naturam existentibus: à naturalibus autem rebus quartanæ significationes eiusmodi sumuntur. Primùm, si natura seu temperamentum laborantis sit frigidum & siccum, nempe melancholicum & eiusdem temperiēi regio, ætas tempus, atq; uictus. Aetas nanq; media, auctumnus, & ratio uictus sicca ac frigida, bilis atræ procreatrix, puta, caro bubula, siue uaccina, leporina, suilla, pisces sale seruati, lentes, caules, caseus antiquus, edulia quędā uiscida peruicacia cōcoctu-

certius.

certius quartanam innuunt, præsertim si eo tem pore aliqui febrisilla populariter uagetur. Quod autem ad curandi rationem attinet, si forte sanguis uehemẽter exuperare uideatur, inter initia statim uena in sinistra manu, lienaris uocata, uel in sinistro cubito media, secanda est, & si uena incisa, sanguis niger & craßior appareat, affatim detrahatur. Si sanguis initio nõ uideatur exuperare, eo, quod humores compacti craßiq; nondum liquefacti, euacuationi pertinaciter renitũtur, tunc moderatè & leniter tractandi sunt, neque ullo forti medicamento, aut euacuatione ulla subito irritandi. Alioqui humorem infestãtem arctius compingendo, contumaciorẽ reddimus. Eum uero quem notis quibusdam iam concoctũ depræhendimus, proritare ad exitum conuenit, præsertim humorem melancholicum. Exhibebimus itaq; medicamentum his munijs consecratum. uerbi gratia, epithymũ, ueratrũ nigrum, stichada, myrobalanos cæruleos (quos Indos dicũt & nigros) lapidem lazuli, filiculã, quod Græcè iam omnes polypodium uocant, agaricũ, senam, & id genus. Victũ porrò instituemus succi optimi, qui humoris atræ bilis malitiam retundet.

Quandoquidem igitur uitiũ humoris atrebilarij frigidũ & ſiccum exiſtit. edulia præbeantur calida & humida, minime flatuoſa, extenuantia, diſcutientia, et aluũ mollientia. Arceantur à cibis paulò antè cõmemoratis. *Potus ſit, uinũ album, tenue, et moderatè calidũ. Quod ſi aluus durior reſpõdere detrectet, clyſteribus quoq; utendũ, p exordia quidẽ mollibus, poſtmodũ uerò acrioribus. Vſus præterea ouorũ* * *ſorbiliũ probatur. ſalſa etiã et ſinapi, nõ cibi ſed medicinæ ratione ut eorũ qualitate, nõ eſſentia tenaces et craßi humores incidãtur et extenuẽtur, præbenda ſunt.* Cuius *utiq; rei gratia, etiã quotidie cõfectiones quædã calidæ ſunt exhibẽdæ.* Deambulationes *& frictiones tẽperatæ, et alia hominũ conſueta ſtudia nõ ſunt penitus prohibenda: fieri enim poteſt, ut hiſce rebus adhibitis, & cutis rarior, & materia peccãs, tenuior euadat. À balneis tamen uel in totũ, ſi poſſunt abſtineant, aut paucißimis ſaltem cõtenti ſint. Liquefacti enim ſæpenumero meliores ſucci cum malis permiſcẽtur & corrũpuntur. Et quoniã quũ id quod tenue eſt reſoluitur, reliquum euacuatu difficilius euadit: item quod humor craſſus, ſi in arctiores meatulos fluxerit,*

xerit, obstructiones generat. quapropter circa morbi statũ, uictus rationem extenuantem, & quietem longũ præscribemus. Mox apparẽtibus notis cõcoctionibus, purgandũ pharmacis, quæ atram bilem euacuant. Co*ctus enim et extenuatus humor, euacuationi haud obstinatè obtemperat.* A *purgatione antidotus è uiperis, quã* The*riacam nuncupant, aut aliud medicamentũ, illi facultate simile exhibere cõuenit.* S*ciendũ autem, quod quicũq; inter morbi initia, aut omnino prius q̃ concoctionis signa compareant, aliquod ex ijs medicamentis exhibet, humorem quidem mouent, sed non euacuãt, & uitiosis humoribus, bonos inficiunt. quibus uno in loco cõsistentibus, uehementior febris excitatur: si duobus in locis cõsistet, ex simplici quartana, sæpius duplicem faciunt: si tribus locis cõtineantur, ex duplici triplicem, uel prorsus ambas maiores reddũt.* T*unc sanè de iocinore & liene est habẽda sollicitudo.* D*e iocinore quidem, quod hoc uiscus adustionẽ pariter et inflãmationẽ procreat.* D*e liene uerò, quoniam ipsum atræ bilis et materiei adustæ est receptaculũ, utriusq; autẽ curã iuxtà in principio fieri cũ oxymelite cõuenit.* E*st quãdo febris hæc melancholica, cũ istis pastillis coocoquitur*

PASTILLI IOCINORI ET LIENI conducibiles ad quartanam & flauam bilem aduſtam, ſanguiniq́; purgando, uel poſt uiginti dies accomodatæ.

Succi eupatorij denarios tres
Hemionitidos (ſcolopendriam uocant) denarios quinq;.
Lachæ (laccam nominãt) } ſingulorũ ſemũciã.
Rhei Barbarici, quod Raued dicitur. } ſingulorũ ſemũciã.
Spodij denarios quinque.
Seminum { citrulli / portulacæ } ſing. unciã mediã
Roſarum denarios VI.
Spicæ denarios quatuor.
Semimum fœnicule denarios tres.
Croci denarios duos.
Granorum alben ſemunciam
Radicum capparis } ſingulorum denarios iij.
Seminum { apij / aniſi } ſingulorum denarios iij.

Summatim ingrediuntur hanc compoſitionem ſimplicia XV. quibus tritis et cribratis, leuigentur

tur cum stillatitio liquore apij, & formentur pastilli quibus de quantum uidebitur cum oxymelite aut stillatitia aquæ fœniculi, intybi, endiuiæu'e & cascutæ prebeatur. Conducunt e-*tiam ad hanc rem pastilli, qui conficiuntur ex absynthio. deinceps etiam iubendũ est, ut ægri à cibo, sumptis raphano & cæteris huic muneri dedicatis rebus, euomant. Præstat insuper ægrotantem in die accessionis Genium omnino defraudare, potissimum si quartana ad pituitam adustam referat originem.* Cæterũ *quũ febris hæc longo tẽpore durat ac protrahitur, & notæ humorum frigidorũ crassorũ & tenaciũ apparent, hoc quoq; decoctum propinandum est.*

DECOCTVM AD QVARTANAM
ex adusta pituita natam.

Seminum { *apij. anisi cari* } *ãn denarios quinque.*
Ameos semunciam.
Origani syluestris } *ãn denarios quinq;.*
Calaminthæ fluuiatilis
Passularum mundatarum denarios uiginti

Elixentur in aquæ trepondo, quo ad partes duæ consumantur. transfundatur per colum, & tertia pars eius tepida dosis esto. Cæterum *non sumatur in die paroxysmi, in quo sanè nihil expedit, quam sudorem prolicere, uomitum proritare, &* Genium *omnino defraudare.* Neq; *profectò minus medicamentum, quod subiungam, opis conferet.*

MEDICAMENTVM QVARtanæ *à facta concoctione proficuum, accomodatum.*

Seminum { Ameos denarios decem / Cari denarios septem }
Piperis denarios tres
Zingiberis semunciam.
Anisi denarios quatuor.
Spicæ denarios decem
Thymi denarios quinque.
Calaminthæ montanæ semunciam
Caßiæ ligneæ unciam unam

Quæ singula contrita & per incerniculũ traiecta læuigentur cum melle. Modus est, *denarius unus cum liquore stillatitio apij et fœniculi.*

li. Conferunt etiam hæc catapotia, qualibet septimana semel deglutita.

CATAPOTIA PRO FEBRE quartana à concoctione deuorata.

Epithymi denarium pondo decem.
Ameos denarium pondo octo
Anisi } singulorum denarium
Fœniculi } pondo duum.
Turpeti (hodie turbith nuncupant) denarium pondo decem.
Salis Indi } uiuscuiusq; denarium
Filiculæ } pondo sex.
Hieræ picræ denarium pondo decem.
Agarici exquisiti unciam unam.

Redigantur in puluisculum singula, & misceantur cum hiera, & conficiantur catapotia cum stillatitio liquore mentæ. Exhibeatur inde unica datione sesquidenarij pondo cum aquà calente, sub somnum noctu. Sunt, qui potionem ex solo pipere instructam, in quartana propinent, præsertim in in declinatione morbi.

DE

DE HEMITRITAEO, ID EST Semitertiana. Cap. XXI.



EBRES *quandoq; complicantur, quum diuersis horis inuadũt. Pituita enim intra uasa, et bile extra uasa putrescente, tertiana interpolata cum quotidiana continua complicabitur. Peculiariq; nomine febris hæc* Græcis *ἡμιτριταῖος*, *hoc est* Semitertiana *expedita & exacta nuncupatur, quod scilicet dimidia parte alterutram prædictarum febrium obtineat. Est uero et non exquisita nothaq; hemitritæos, quæ ex contrarijs è diuerso caußis constituitur. Quo circa quũ utræq; febres uel extra, uel intra uasa causantur, non rectũ semitertianæ appellationem sortiuntur. Propterea quod authore* Hippocrate *Epidimiarum primo Semitertiana nullo discrimine senper partim est continua, partim intermittens. Atque huiusmodi febri triplici modo generata, tres differentias constituit. Aut enim bilis flaua syncera, aut pituita, aut utraq; iuxtà præpollent. Et hæc utiq; febris primo die uehementius affligit, altero uero quietior existit.*

Cuius

Cuius rei caussa est, quod primo statim die febres geminæ infestāt, nempe ea quæ ex bile flaua largiore, & ea quæ ex pituita prouenit. secundo aūt, illa modò quæ ex sola pituita originē ducit. Quòd uero ad ipsius curationē attinet instituatur semper pro exuperantis humoris ratione medicatio. Quod si bini humores æquiualente copia præcelluerint, præsidijs maximè utemur, quæ singulos humores infestantes sua natura curant, & temperatæ sunt essentiæ. Si bilis superior sit, quæ euacuationem efflagitet, manna & caßia fistularis cum decocto prunorū exhibeantur. quod itidem datur cum hordeo sæpe, & oxymelite Pisum item quod mes uocant, cum attriplice et holere iamenico, hoc est, bleto. Sin ex pituita præualente febris proueniat liquore stillatitio, decoctòue alubleb, cum saccharo rosaceo utendum est. uel propinetur aqua rosarum sacharo conditarum, siue syropus cū stillatitiò liquore, apij, & fœniculi. Si utriq; ex æquo præualeant, medela utrinq; æquiualenter componenda est.

DE

DE EPIALO, ET LIPYRIA. Cap. XXII.



OTANDVM *hic loci, quod uitrea pituita, quæ omnium aliarum frigidißima est, quandoq; in toto corpore redundat, quandoq; una duntaxat ipsius parte iustum naturæ modum precellit. Et ea quæ toto corpore superfluit, uel uniuersa æqualiter putrescit, uel nihil planè ipsius putredinẽ expetitur. aut pars quidem ipsius putrefactionem sentit, pars uero nullã omnino percipit.* Siquidem nõdũ *uniuersim putrefacta exundauerit inexpugnabilè in corpore frigus, & qui nullo euinci calore possunt, rigores sine febri excitat.* Si *uerò tota putrefit, uel extra uasa uel intra uasa putrefit. si extra uasa, quotidianã febrẽ suscitat periodicã: si intra uasa, continuæ febris caussa redditur.* Quando *aũt nõ tota æqualiter, sed ex dimidio ipsius putruerit, aut aliquæ ipsius partes, nõnullæ uerò non putrefactæ fuerint, Epialum febrẽ hanc procreat, in qua rigor pariter & febrilis caliditas consistit. Frigus quippe uiscera, calor uerò exteriores particulas*

ἠπίαλος

exercitat

exercitat. Lotiū mingunt hac febre correpti minus rubeum (caloris nuncium) quàm qui quotidiana conflictantur, atq; craßius etiam. Percussus arteriarū crassus, densus, inæqualis, qui indies interdum uehementior, & subinde quarto die ualentior euadit. Sola symptomata & accessionum circuitus Epialum *produnt. Sæpe durat acceßio quatuor, sæpe octo, nōnunquàm quatuor et uiginti horas. idq; p materiei quæ ipsam parit copia & craßitudine: proq; corporis spißitate et raritate uirium, imbecillitate, et anni deniq; tempore.* C*æterum hæc febris nō ex diuturnis habetur, siquidem plurima ex parte non durat, in si dies plus minus uiginti.* Porrò *febris quæ quinto quôque die, aut septimo, aut decimo quôque accedit ex sola pituita crassa, uel ex bile atra, contumacibus humoribus prouenit. & pro quantitate & craßitudine succi creatoris, acerbationis periodus uel anticipat, uel subsequitur.* Vrina *& pulsus, materiei infestantis magnitudini respondent.* Ex *præfatæ numero est, sicuti Galenus testatur, quæ* λειπυρία Græcè *uocatur, qua detenti, in extrenis partibus uniuersis, frigus* λειπυρία

intus,

intus, & in ipsis uisceribus, calorem sentiunt, cum siti uehementi, & scabritia & asperitate linguæ. Pulsus in hac paruus atq; lenis habetur. Lypiria itaq; cōtraria est Epialo, quoniā in Epialo frigus internis partibus, caliditas externis sentitur. Lipyria contrario, ut diximus, modo se habet. Et in Epialo peculiaris habenda est sollicitudo uentriculo, proliciendo uomitum, exhibitione potionum quæ infrigiditant, uentriculum repurgant, & urinam proritant. Cuius classis est, stillaticius liquor fœniculi, petrosilij, & apij cū saccharo rosaceo & oxymelite. Dilutum præterea aloës, hieráq; picra, & catapotia de eupatorio atq; de aloês deglutienda propinetur. Clysteres ex quibusdam acribus instructi inijciantur, uerbi gratia, ex chamæmelo, sertula campana (melilotum Græcè iam omnes nominãt) furfure, meditullio carthami cnici, cẽtaureo minore, anetho, muna, salsamentóue, quod Almuri Arabes nuncupant, & melle. Cibus esto decoctum ciceris, muria, cyminum, oleum de amygdalis dulcibus, bletum, & asparagus. Inter initia febris Lipyriæ saccharum rosaceum cum oxymelite, per statum uero & circa finem, dilutum de

aloës,

aloës, hiera picra, stillatitia aqua fœniculi, Intybi seu endiuiæ et apij, pastilliq; rosacei, quos rhodides uocant, & mastiche præsidio sunt. Et in uniuersum in lipyriæ curatione minus calorificis quam Epialo utendum est.

DE FEBRIBVS EX LOCI alicuius affecti dolore creatis. Cap. XXII.



VOTIENS febres ex partis alicuius affectæ, uerbi causa, iecinoris, lienis, pleuræ, lateris. rhenũ & cerebri dolore nascũtur, uniuersa curandi ratio accuratissimè mẽbro læso adhibenda est. Cuius curationi, tantisper dum causa & eius parens abscindatur, insistendum.

DE PRAECIPITI VIRIVM lapsu, quam Συγκοπὴν Græci uocant, et Animi deliquio, quã nunc λειποψυχίαν, nunc λειποθυμίαν gens eadem nuncupat. Cap. XIII.



CCASIONES quæ syncopas concitant cõplures sunt, eoq; curationem aduersus unãquamq; pro singularum causarum

rum ratione & quantitate cuiusque moliri tutißimum est. Qui igitur ob choleram, siue diarrhœam, aut ob aliam quamlibet immodicam euacuationem syncope premuntur, faciem horum oportet frigida roris modo adspergere, anhelitũ eorum diutiusculè apprehensis naribus cohibere: os uentriculi præmissa frictionæ oblinire, uomitum præcipere & stomachum turbare, uel digitis immißis, uel pinnis: præterea uinculis ualẽter deligari, si per imas particulas uacuationes fiunt, manus: si per superiores crura, debent. Vinum etiam aqua temperatum, eos qui multis & uniuersum factis uacuationibus resoluuntur, cũrat, nisi uiscerũ inflãmatio, aut capitis dolor uehemens, aut febris ardẽs prohibeat, in his enim uinum plura incommoda quàm emolumenta affert. Balneum uero comprimis oppitulatur ex alui profluuio resolutionibus.

DE HIS QVI EX SANGVINIS *pfluuio et sudorib. ĩmodicis in syncopã incidũt.*

HIS autem qui ob sanguinis eruptionem aut diaphoresin & immoderatum sudorem syncope periclitantur, balneum est perquam inimicum, quoniam res ipsa refrigerium, soli-

ditatem

ditatem & astrictionem, non liquefactionẽ aut mollificationem requirit. Vinum porrò dilutum sanguinem fundentibus subuenit. Hos neq; ligaturis uincire, neq; uomere, neq; omnino mouere, sed infrigidare potius & constipare oportet. Tum, ut frigidus aliquis uentus domũ in qua decumbunt, accedat prospiciendum, perflatusq; faciendus, assidua auræ conciliata permutatione. Mirthus, rosæ, uiolæ, uitium palmites, et alia frigidæ facultatis, per aream proijciantur.

DE HIS QVI OB HVMORVM PLEnitudinem in syncopam incidunt.

QVI ex plenitudine animo destituũtur. Manus horũ et crura sedulò perfricentur, calefiant & uinculis arctioribus excipiantur. Vino ciboq; & balneo abstineant. Potio autẽ mulsæ in qua calamintha montana, & campestris, tantũ, aut hyssopus & thymnus elixata sint, propinanda est. Propitium etiam ijs habetur oxymeli. Quæ itidem fœminis quæ ob uteri uitiũ exoluuntur, egregiè succurrũt, dempto oxymelite, haud enim illis congruit, quarum insuper crura ualidè ligare & fricare conuenit. Cucurbitulæ super mamillas defigentur, si plurima comita-

tur locellorum euacuatio. Sicuti in strangulatu, quum ad superiora recurrunt, uel ad latus uergunt locelli, coxendicib. et inguibus imponãtur. Naribus fœtida calorifica, uuluæ odoratißima adhibeãtur. Porrò si propter imbecillitatem stomachi animus deliquerit, his remedijs succurrendum est, quæ firmãdo ipsi sunt. Emplastra igitur corroborantia quæ castanea, uino, cremore aut ptisana hordei, croco, aloë & mastiche cõstant uentriculo imponantur, oleum de absynthio, mastiches, cotoneorum & spicæ uino admixto, inungatur. Et si stomachus æstu aut inflammatione infestatur, frigida quædam memoratis, uerbi gratia, ramenta cucurbitæ, aut succus lactucæ, aut aqua stillatitia succus´ue solani, admisceantur. Emolumenti plurimum ita affectis confert manuum pedumq; frictio. His itaq; rebus accuratè adhibitis. optima succedet corporis dispositios. Iis ad hæc qui inflãmationem habent, aquæ dulcis calidiusculæ lauacri usum concedimus. Frigore autem affectis, confectionem διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων, hoc est, quæ triplici genere piperum constat, & pipere ipso per se frequenter utendum, & serapio, quem Syropum dicunt,

Si ob imbecillitatẽ stomachi ex-oluitio.

Si feruet stomachus.

cunt, de absynthio. Item his qui subito animam, propter humores prauos & mordaces perdunt, aquam calidam per se propinamus. Vel oleo adiecto uomitum prolicimus. Iis autem qui difficulter euomũt, locos ad stomachum attinentes præcipuè manus pedesq;, calorifico aliquo remedio fouemus, atq; omnino calfacimus. Quibus si uomitio non respõdeat, digiti quoq; aut pinnæ faucibus inserantur si ne tum quidem procedat uomitus, deglutiatur oleum percalefactum, nam id uomitum impensè quidem proritat, sed uentrem interim mollit. Atqui mollis & lubrica aluus sic affectos plurimum iuuat. Proinde si per se non respondeat, ipsa, glandem (quam Græci βάλανον, *Barbari suppositorium uocãt) subijciamus, aluum deijciendi gratia. Et quando istis rebus peractis ad sui sensum reuocantur, nec animum modò sed pristinam quoque habitudinem recipiunt, absinthij non nihil in mulsa decocti præbemus. & robur uentriculo tam ijs quæ intra in corpus sumuntur, quàm his quæ foris inijciuntur, crebro inducimus. Neque per initia statim astringentibus, sed euacuatis prius humoribus uitiosis, utemur.*

De his qui ob humores uitiosos exoluũtur.

SI PITVITAE COPIA ANIMI deliquium inferat.

AT si qui ob multitudinem pituitæ in uentriculo congestæ derepente dissoluuntur, his prodent embrochas ex herbis et oleis cõpositas adhibere. Primas autem bonitatis hic locum oleum de absinthio citra controuersiam tenet, Aqua deinde mulsa in qua hysopus & id genus quid elixata sint propinetur. Oxymeli item ac piper propitiũ est. Nam uniuersam huius mali curationem acriter incidentibus fieri oportet.

DE ANIMI DELIQVIO OB INgentem algorem

QVod si quis ex intenso frigore & animo algore resolutus anima defecerit, huic sola alteratio auxiliatur, modis itaq; omnibus calfaciamus ita affectum. Vinum præter cætera calida dilutum propinantes, edulijsq; calorificis enutrientes, & frictionem, deniq; ad ignem adhibentes. Medicamentorum haud postremas tenet διὰ τῶν τριῶν πεπέρεων.

DE ANIMI DELIQVIO OB VEhementem calorem.

E diuerso si ob nimium calorem uel aëre per calido aut præfocanti, uel à multa in balneo ad debilitatem usque & defectionem mora contractum, contrarijs restitues præsidijs. Confestim igitur affectum frigida insperge, uentulum flabello conciliato, spirantiq; auræ obijcies, & os uentriculi fricato & denudato, uinum insuper & alimenta exhibeto.

DE ANIMI DELIQVIO OB inflammationis magnitudinem uel ob febris malitiam.

Quod si ob inflammationis immanitatem, aut febrilis paroxysmi malignitatem syncope acciderit, quum uiribus deiectis inchoante accessione manus ac pedes summè refrigerantur ualenter. Artus egregie fricato et foueto, manus ac pedes ualenter uincito, uigilias imperato, & ut penitus ab epulis & potione abstineāt. Futuram heic cladem præcognosci & ante accessionem cum eis quæ recreare posse confidens occurrere consultissimum est.

DE HIS QVI OB SICCITAtatem in acceßionum principijs exoluuntur.

QVibus ppter ſiccitatẽ anima defecerit, duabus aut tribus horis ante febris inſultũ cibus offeretur, Panis ex aqua cũ acinis mali Punici, uel in uino maceratus, ſi magni periculi metus ſit. Nam ſi quid concoctu peruicax ex bibueris uehementior animi defectio ſuccedet. Quib. ob principalium membrorum uehementem neceßitatẽ animæ defectus accidit, hunc contra cum oxymelite pugnandum eſt, & aqua mulſa in qua calamintha campeſtris aut montana, aut hyſſopus elixata ſint, & edulijs inſuper incidendi facultate præditis, frictione item & inunctione artuum, proſunt etiam quæ urinam prouocant. His enim & animus & priſtina habitio reuocatur. Potus ſit uinum album, auſterũ, & aſtringens, non admodum uetus.

DE HIS QVI OB REPENtinam euacuationem exoluuntur.

QVi ob ſubitã bilis euacuationẽ animo deſtituuntur, eis robur, aromatis et quibus uis refragrantis odoris, edulijs itẽ ac ſorbitionibus cõcoctu minime peruicacib. inducendũ eſt.

DE

DE HIS QVI OB AFFECTVS *animi, animo delinquuntur.*

Qui ex animi affectib. utpote, ingẽti mœrore, iracũdia, terrore, sollicitudine, gaudio, tedio & oblectatione attoniti euadunt, aut animam subito perdunt, ij itidẽ rebus odoriferis reficiendi, naribus apprehendendi, ad uomitum cogendi, ita enim ad sui sensum reuocantur.

DE HIS QVI OB VEHEMENtem *cruciatũ attoniti euadunt, et exoluuntur.*

Quos deniq; syncope de improuiso ob intensissimũ aliquẽ cruciatũ adoritur, puta, dolorem coli, cæterorũ intestinorũ torminũ, aut cuius cũq; particulæ, sollicitudo maior adhibenda est, frictioni, et calorificis auxilijs maximè pugnandum.

DE HIS QVI EX SVDORIbus *largius erumpentibus exsoluuntur,*
Cap. XXIIII.



SVDORES, *largius erumpentes adeò lassant ut ægros sæpius in syncopen perducãt. Quos sanè præstat quamprimum rebus quæ latentes mea-*

tus obſtruũt, reprimere & exiccantibus mado rem humoris exitum prohibere. Cuius utique claßis habentur, terra ſamia, creta cimolia, Spuma argenti, rhus (ſumach uocant) galla, aniſum, thus, alumen, folia mirthi trita et impol licerem coacta, oleum de floribus uitium, oleũ roſaceum, oleum cotoneorum, oleum maſtichinum corpori cum frictione diligenter circumlita. Quin & farina thuris in paſpalam, hoc eſt, minuteſsimum puluiſculnm redacta, corpori inſperſa ſudores ſupra modum excidẽtes reprimit et cõpeſcit. Idem præſtat uictus quoq; ſiccior. Atq; ita ſanè de cõpendioſa febrium curatione ſatis.

DIAGEMATIS, ALBANI TORINI IN LIBRVM DE FEBRIVM CVRATIONE IOANNIS DAMASCENI ARABIS CLARISSIMI, FINIS.

ELENCHVS EORVM QVAE *singulis huius libri capitibus complectuntur.*

IOANNES DAMAscenus Medicus, Filio suo philiatro. S.



VANDOQVIDEM Medicina, ut Diuinus Hipp. testatur, ars est, prolixior quàm ut unius hominis ætate absolui queat, agendarumq; rerum occasio pernix, experimentum fallax, & crisis ardua. Supplico deo ut humanitatis tuæ ex animo dilectissime Fili conatus, quàm optimis auibus secundet, ab erroribus uindicet, inq; uera et infallibili artis methodo semper dirigat ac tueatur. Parentiq; tuo per immensam benignitatem suam concedere ac largiri etiam non dedignetur, ut meam erga te uoluntatem cõmentarijs Pœomiæ artis doctrina refertis testari summaq; hãc fide, aphoristica quadã ratione quasi per manus tradere, atq; animo tuo rudi adhuc instillare, tã fœliciter, quã ex animo cupiã, maximè possim. quò te mea institutione quàm expeditissimum in tam sacrosancta scientia prõptissimumq; in exercendo efficiam: ita sanè, ut non tam meis, quàm tuis etiam uotis abundè fiat. Nec te fugiat interim charissime Fili quod hoc opusculum selectarum

in re

in re medica ſentētiarum (quos Græci ἀφοριϲμοὺς indigitāt) iam diutius, deſyderatum tibi ac poſteris conſcribere nō alia de cauſa diſtulerim, quàm ut mea procraſtinatione ſitiētis animi tui & affectionis certius periculum facerem. Sub uerebar enim ne ſatis magno diſcendi amore tenereris & faſtidires aliquantulum, tui deſyderij expectationem ſolicitius urgere meam tarditatem, quod ſanè licuit cunctando experiri. Neq; ægre te id ullo modo ferre conuenit, noueris maiores noſtros peritiſſ. uiros quemcunq; faſtidioſum ſæpius arguiſſe, ne dicam & negligentiæ inſimulaſſe. Ceterū ipſe re ipſa hactenus præſenſiſſe potuiſti, me ſemper cōmodum tuum imprimis & ſpectaſſe & unicè quæſiuiſſe. Neq; unq̄ quemq̄ mortalem te uno chariorem habuiſſe, et præcæteris omnibus perpetuè coluiſſe. Deum itaq; Opt. Max. obſecro & obteſtor ut diuinam illam auræ particulā, hoc eſt, mentem tuam nunquàm à uero ſcopo errare permittat, ſed ad ſui honorem ac gloriam, & proximi utilitatem te uſq; comitetur ac dirigat. Ecce Aphoriſmorum qualecunq; opuſculum quod à me pluribus tandem ſupplicijs extorſiſti tuæ dilectioni nun-

cupo,

cupo, quod ut ſedulò non ſolum ſtudioſè legas, ſed & memoriæ diligenter commedes, (ut in promptu quum res poſtulant in praxi, habeas), te mi fili magnopere hortor. Proinde iam ipſum Damaſcenum accipe.

IOAN-

QVID ἈΦΟΡΙΣΜΟΣ.

EST aphoriſmus ſentẽtia ſelecta, ſeparata, abſoluta & breuis, ueluti ſunt apopthegmata philoſophorum ἀπὸ τοῦ ἀφορίζειν id eſt, ſegregare, ſecernere, & ſeparare qua uoce utit. D. Paulus ad Rom. capite 1. ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, hoc eſt, ſegregatus in Euangeliũ Dei.

IOAN.

IOANNIS DAMASCENI PRINCIPIS INTER Arabes, Medici, Aphorismorum liber unus,

ALBANO TORINO VItodurensi Paraphraste.



APHORISMVS I.

Elagus sanè quoddam perimmensum atque profundum, Ars est Medica.

APHOR. II.

EXercere igitur hanc ex mutis tantummodo magistris, citra exactam rationem, atq; summum dexterrimi ingenij acumen, permolestum & summè arduum.

APHOR. III.

INgenium autem promptum adiuuat artem, tardum contra & obtusum, impedit.

APHOR. IIII.

SI quis autem in Priscorum lectione assiduus sit, & eorum dogmata ad amussim discutiat, similiter adiuuatur.

APHOR. V.

EX his solum quæ in antiquorum uoluminibus leguntur medicinam citra uiuam doctoris uocem exercere, res est sortitalis & causalis.

APHOR. VI.

QVæ à præceptore perito ac fideli percipiuntur, tutiora sunt, & minore iactura cōstant.

APHOR. VII.

VIta Breuis est ad cognoscendum et experiendum singularum uirtutes, quæ cœlo, terra, mariq; immenso nascuntur.

APHOR. VIII.

REbus igitur experimento comprobatis, quibus de nulla controuersia & parabilibus utendum, quarum uires & qualitates ipse non es expertus ualeant.

APHOR. IX.

NOn sunt contumelijs proscindendi ueteres medici et Philosophi, quod de rerum causis, altius paulò sæpius disseruerint. Nam alioqui satis consentanea sunt rationi quæ docuerunt.

APHOR. X.

QVibus medemur non sunt neq; lapides, neque ligna, neq; lutum, neq; corium, sed tenuioris pariter & precio sioris essentiæ opificium dei, in quo lapsus procliuis quidem sed admodum periculosus existit, & in plerisq;, præsertim subtilio ribus naturis sæpe ad interitum terminatur.

APHOR. XI.

PHilosophiæ & physicarum rerum imperitus, ad artis cōsummationē se peruenire desperet.

RPHOR. XII.

SImiliter qui deditus seculi negocijs, neglecta arte, pecuniæ studio delicijsq; seruit, ei nulla habenda fides est.

APHOR. XIII.

VBi Galeno & Aristoteli nō conuenit, à solo naturalibus scientijs disciplinæ prouectiore ueritas elicitur.

APHOR. XIIII.

QVoduis animal secundum algidum & udum enutritur, secundum calidum uero & humidum uiuit.

APHOR. XV.

Virtutū nominatametsi compluria atq; diuersa sint, nō tamen est, nisi sola atq; unica uirtus.

APHOR. XVI.

SOrtitur autem nominum diuersitatem, à functionibus subiectarum partium.

APHOR. XVII.

NAtiua temperies uicinitate quidem separabilis uidetur, actu tamen atque adeò re ipsa separari nequit.

APHOR. XVIII.

QVemadmodum animi uitia & corporis liniamenta, ita & morbos quosdam à parentibus hæreditamus.

APHOR. XIX.

MEdela temperamento propinqua, & odore grata prædita, si in cibum quoq; cōuerti poterit, optimum est.

APHOR. XX.

HOmo corporis & animæ coniugio subsistit. Vehemens itaq; medicina nunquàm propinanda, ne talis syzygia dissoluatur, forte namq; pharmacum, cuiusmodi sunt, quæ in tertio à temperatis gradu habentur, & animum & corpus exoluit.

APHOR

APHOR. XXI.

Corpus animatum, neruorum concentui respondet, nunquàm igitur temerè medicinam propinaueris fortem, ne symphonia dissoluatur, & corpus immoderata apertionē, in aliam temperiem transmutetur.

APHOR. XXII.

Remedium astringens & iucundo odore fragrans, temperanturæ uicinum, principes corporis partes & uirtutem naturalem corroborat, ea igitur præcipuè tibi est utendum.

APHOR. XXIII.

Virtus & natura curant morbos, Medicus utriusq; minister est.

APHOR. XXIIII.

Proinde si naturam iuueris, medici munus præstiteris, id enim solum est officiū medici.

APHOR. XXV.

Si naturam succumbere permiseris, nihil ages, & carnificem magis quàm medicum præstabis.

APHOR. XXVI.

IEcur & uentriculus prima sunt instrumenta nutritionis, quam si quopiam casu amiserint, natura debilitatur.

APHOR. XXVII.

C*Alidæ ægritudines propter ignei motus celeritatem magis quàm frigidæ lætales sunt.*

APHO. XXVIII.

P*Harmaca propinaturus, ne quid porrexeris, quod membris officiat principalibus, nihil alioquin opis, sed internetionem inferes.*

APHOR. XXIX.

M*Ores animi corporis temperaturam sequuntur, quando igitur co rpus laborat, præsertim membra principalia, animi medelas porrige, oblectamenta nempe gustus, odoratus, uisus & auditus, gaudiaq́; cætera, quibus in non minima auxiliorum & medicinæ portio continetur.*

APHOR. XXX.

M*Edicamenta quædam à cœna sub somnum exhibentur, puta, quæ è capite & remotioribus membris debent attrahere, & ubi uehementer morbus maximeq́; in principibus particulis extiterit.*

APHOR. XXXI.

NVlla corporis pars ulli medicamento credatur, nisi ad eius temperiem quàm proxime accedat, quod si nutrimentum quoq; præstiterit, præstantissimum est.

APHOR. XXXII.

Contraria contrariorum sunt remedia & non similium simillima.

APHOR. XXXIII.

AEgrotis omni firmitudine destitutis nulla neq; medicamina, neq; edulia exhibenda sunt, nisi ea quæ facile patitur natura.

APHOR. XXXIIII.

PHarmaca pauca tibi tenenda sunt, & quorũ operationes ac potestates iam multotiens expertus es, totius enim multitudinis notitia incomprehensibilis est. ne quum per singula uolueris inquirendo discurrere, multiplici diuersitate distractus, nescias cui debeas fidem adhibere.

APHOR. XXXV.

Amuletis & his quæ insita quidem sed abdita uirtute agere uidentur, nõ est adhærendum, Incerta enim genuina rerum nuncupata proprietas, plrima namque à cœlesti facultate

designare quippiam uisa, natura potius designasse à sapientibus comperta sunt.

APHOR. XXXVI.

Haud igitur tutum Medicorum asylum, uirtus ut uocant speciuoca, est, præsertim in pharmacis, quibus in natura magis quàm proprietas obseruanda est.

APHOR. XXXVII.

IN hyeme & uere plus natura humores disperglt intus: In æstate & auctumno minus: medicandum igitur quum potior est.

APHOR. XXXVIII.

Crebrior frequentatio ægritudinis, in particula principali corporis, exolutionẽ præsagit.

APHOR. XXXIX.

Salubrius est utiq; humores crassos calfaciendo & dissecando, naturamq; corroborando, quàm cum medicamento per inferna superaue repurgante euacuare, quorum sanè neutrum citra naturæ iacturam fieri potest, modò periculum non sit, ne calfaciendo secati & dissoluti principes corporis partes occupent, cuius si metus fuerit, alia aggrediunda ratio est.

APHOR. XL.

Cauen-

Cauendũ est ne abscessus summa cute in conualescentibus erumpens medicamento ad uiscera reprimatur, sed ut aliqua ratione discussum magis ac magis expellatur manibus pedibusque nitendum.

APHOR. XLI.

Habitantibus in † quinto aut sexto climate copiosior & frequentior sanguinis detractio, quàm his qui septimum, aut primum, aut secundum, aut tertium incolunt clima, expedit. quarto

APHOR. XLII.

Abscessus in membro principali si doloris expers sit, in uetustatem transijt, & ueluti solemne euasit, præsertim si ex bile flaua, siue, quod rarius accidit, ex sanguine prouenerit.

APHOR. XLIII.

Corpora secundum naturam frigida & humida, parum in uentre recipiũt, minus uero reddunt: Aluus hos plurimum liquida, & infirmitas diuturna comitatur.

APHOR. XLIIII.

Calidis contra aridis corporibus contraria eueniunt.

APHOR. XLV.

AB infirmitate conualeſcentibus edulia deteriora nõ ſunt neganda, ſi affectarint, ſed ſtudio quodam adhibito, attemperanda, ne noceãt.

APHOR. XLVI.

OPortet autem ægrotantibus perpetuò, etiam ſi ipſe deſperes, ſalutem polliceri, neq; uel deploratos animum deuouere unquàm permittere. Temperatura enim corporis, animi affectibus ſemper cohæret.

APHOR. XLVII.

Ingenium naturale medici cũ paruo artis fundamẽto, adiuuat naturã. Innaturale contrariũ.

APHOR. XLVIII.

Medici illiterati, rerum imperiti & adoleſcentes, ut plurimum homicidæ.

APHOR. XLIX.

DEbet etiam ſolers Medicus ægrotantem de omnibus quum interioribus tum externis, unde ægritudines originem trahunt diligenter ſciſcitari, omnemq; in perſcrutãdo cauſas lapidem mouere, atq; ſecundũ potiorem partẽ iudicare.

APHOR. L.

GLorioſi hominis faſtũ et multiloquiũ dãnato,

APHOR. LI.

Neq;

NEq; te infirmũ super omnib. pcũctari pudeat.

APHOR. LII.

LOtium quippe, quum morbus intra uenas existit, fallax est nuncius.

APHOR. LIII.

Interrogatus cũ iudicio & prudenter respõde.

APHOR. LIIII.

FActus iam ægrotantis clinicus, sani eiusdem naturam atq; affectus nosse confert, atque ea quæ arridere & gliscere præ cætera cognoueris, in memoriam reuocare, atq; eorum si fieri potest copiam facere, uel propediem se habituros polliceri. Vt uel oculos pascant & fruantur. uel spem saltem optimam habeant.

APHOR. LV.

PLurimum prodest paralyticis naturalem calorem non tamen igneum adhibere, sed adulescentis potius puellæ.

APHOR. LVI.

EX medicinis eiusdẽ naturæ atq; uirtutis gustu suauior, odore iucũdior et leuior eligẽda est.

APHOR. LVII.

MVtare cõsuetudinem præsertim ueterem, et noxium & pestilentissimum habetur.

APHOR. LVII.

Perinde atq; nulla est conuenientia inter aquã & calorem naturalem: Ita nõ est ducenda cuiusquam aluus, nisi medicina quæ uel ad unguem temperamento respondeat, uel saltem haud ita procul ab eo discedat.

APHOR. LIX.

Metuendum est enim, ne abhorrens eam natura reijciat, & non commisceatur humoribus, ne dum id quod noxium est, exterminet.

APHOR. LX.

Est igitur quod ad impactos humores repurgãdos, medicina data quadam opera in similitudinem sibi conuertatur, quò natura ipsam appositè recipiat, & receptam per uenas deferat. Ita enim fiet, ut corroborata, hostem suum minimo negocio expellat. Nam ubi in qualitate ualentior fuerit, deficiet natura, neq; oppugnabit eã. neq; resistet ei.

APHOR. LXI.

Ante uero purgationem per aliquot dies humores cõmouendi sunt, adhibita medicina cibali, atque ita cum præsentis diei abstinentia sunt purgandi.

APHOR. LXII.

Balneorum usus non est nobis ad refrigerandum calidum, aut calfaciendum frigidum necessarius: uerum ad incidendum, dissoluendum, sudorem prolíciendum, exiccandum, & humectandum.

APHOR. LXIII.

Theriaca magna dissoluit, distrahit, mundat, corroborat, tranquillum reddit, corpus uniuersum custodit, & contra ipsius grauißimas ferè omnes affectiones optima est. Sed datio ipsius pro uniuscuiusq; morbi quantitate, & singulorum ætate est diuersa. pueris quippe adulescentibusq; & senibus et exhaustis, non nisi momentum eius exhibendum est.

APHOR. LXIIII.

Morbi quidam exteriores uere & æstate magis sunt curandi, interiores è diuerso.

APHOR. LXV.

Aegritudines non minus ex quantitatis & qualitatis penuria, quam ex plenitate immodica nascuntur. Quocirca medici complures temeraria uentris solutione delinquunt.

APHOR. LXVI.

Si

SI pharmacum sumptum, uicta natura non destinatos expulerit humores, remanet in corpore, & in humorum qualitate, inde molitur morbos parere.

APHOR. LXVII.

COrporibus frigidis & humidis ossa ac nerui imbecilles sunt, eoq; in ualitudine secunda morbis magis, in aduersa sanitati habiliora sunt.

APHOR. LXVIII.

ABbscessibus puerorum summo studio et scitè occurrendũ, atq; uiolenter reprimentibus medicinis solicitè fugiendum, ne natura ipsorũ mediocriter ualida ex humoris, quem ab utero parentis habet, abundantia repressa, succumbat.

APHOR. LXIX.

MOrbido corpori non uehemens contrarium competit.

APHOR. LXX.

ACutæ ægritudines in senibus magis quàm in iuuenibus timẽdæ sunt, quoniam citius uel in bonum uel in malum firmãtur: cibos namq; sumptos natura ipsorum ad instar statim frigidi trãsfert, eoq; sanitati citius restituuntur, Metuẽdæ uero sunt, quia periculum est ne naturalis caloris

ris inopia uiolentiā ægritudinis sustinere queat.

APHOR. LXXI.

F*Rigidæ ægritudines in senibus difficilius, in iuuenibus facilius curantur.*

APHOR. LXXII.

B*Alneum & temperata potio auxiliatur causæ, & contrario causæ,*

APHOR. LXXIII.

I*Mmoderato exercitio deditos sub cibum paululum quiescere, ociosis non nihil exerceri, conuenit.*

APHOR. LXXIIII.

L*Abor et exercitatio doloris quædam species est, cui addicti non pluribus morbis conflictantur, respectuq; morbosi laboris nondolent, nisi quum morbi dolor laborem excesserit.*

APHOR. LXXV.

I*Vuenibus seminis genitalis emißio rarius ex frigiditate accidit.*

APHOR. LXXVI.

M*Orbus comitialis et conuulsio iuuenes in 1. 2.3 & 4 climate ob caloris naturalis penuriam et tēperaturæ defectū corripit frequētius, ob nimiā frigiditatem rarēter, Sanitas itaq; illis*

calore

calore & temperamento recuperatur pharmacis idcirco calidioribus utendum.

APHOR. LXXVII.

QVum quis uult caput purgare aut cerebrum, aut instrumenta sensuum, catapotijs id maiu sculis, atq; à cœna faciundum est.

APHOR. LXXVIII.

AD nimiam humiditatem humorum in uentriculo, puluisculum tenuiorem exhibemus, ad intestina uero mollienda, nonnunquàm clysterem inijcimus.

APHOR. LXXIX.

AD principalium quoq; membrorum debilitatem si purgatione opus est, lauaminibus in hoc efficacibus utimur.

APHOR. LXXX.

VEntriculum humoribus saburratum, catapotijs quoq; exilibus recentibu' sq; ac humidis ieiuno exhibitis euacuamus, cæterũ à sumptione paululum inãbulare & sese mouere cõgruit.

APHOR. LXXXI.

CAtapotia inueterata & desiccata priusquàm deglutiantur humectãda sunt, per noctem in aqua calida.

Aphor.

APHOR. LXXXII.

QVoduis medicamentum purgatorium necessariò bilem flauam exagitat.

APHOR. LXXXIII.

QVi †sexaginta annos munerant aut plures, in medicina eorum non est insistẽdum, his quæ bilem expurgant flauam, quia ipsa per se natura id facit: & humectatio corporis fundamentum est. †qadragin ta

APHOR. LXXXIIII.

QVi principalia membra defecta habent, à nimium acribus medicinis caueant, sed in temperamento consistant.

APHOR. LXXXV.

BInæ species simul mixtæ necessariò suã quælibet uirtutem exerit.

APHOR. LXXXVI.

COnualescentes ex ægritudine iuxta infirmitatem quidem suam tractandi sunt, nõ tamen ex toto habendi, quemadmodum antea incolumes consueuerunt.

APHOR. LXXXVII.

OPortet medicinam attemperare similitudini operantis naturæ, si durior & contumatior

aut tarda fuerit, non secũdum quod uidetur præsidium esse citra rationem, alioqui fallax est.

APHOR. LXXXVIII.

A*Egrotus medicum fidelem & expertum eligat, & eius opera diu utatur, minus enim hic errare quàm nouus poterit.*

APHOR LXXXIX.

A*Eger qui plurimos consulit medicos, plerunq; in singulorum errorem cadit.*

APHOR. XC.

A*Bscessus in senibus nullo medicamine repercutiatur, ne forte non sufficiat natura ad dissipandum illum. Sed leui medicina potius moderatè extrahatur, ne natura cum eo exiens corpus exhauriat. Est enim in senibus quod deperditur benè multum respectu eius quod instauratur.* Pari *etiam modo & in pueris. Vis etenim medicinæ robustior est quàm natura eorum.*

APHOR. XCI.

A*Egrotantẽ in suum statum unde per ægritudinẽ cecidit reuocare satis est, etiã si non ad tẽperaturam ab omni parte exactam reuocetur.*

APHOR. XCII.

C*Vius sani temperamenti qualitatem non cognoui-*

nouimus, eius ægrotantis infirmitatem, grauis sit nec ne, haud facile depræhendimus. Vnde auxilium anceps ac lubricum comitatur.

APHOR. XCIII.

CErtum remedium dispici non potest, nisi tum sani tum ægri natura uirtusq; cognoscatur.

APHOR. CXIIII.

PRoinde in purgando corpore, si forte sit, fortiore utendum est pharmaco.

APHOR. XCV.

SIngulis ægritudinibus sua sibi consecrata remedia, opera et industria, solertis medici summi est artificis.

APHOR. XCVI.

NVlla res sub cœlo, quocunq; gradu mutetur, unquàm ad principium circuli reuertitur.

APHOR. XCVII.

SI rectè contempleris nullo medicinarum in operatione leuis est, eam quippe quæ leuis uidetur, grauem, quæ autem grauis, leuem, si acuratius introspexeris, cōpræhendes, haud igitur temerè & citra rationem determinandum est.

APHOR. XCVIII.

FIdere experimento citra rationem fallax est.

APHOR. XCIX.

NVllus est morbus qui non requirat, ut super quibusdam interrogetur, infirmus.

APHOR. C.

IN qualibet febre, calor præter naturã est, sed inter fortẽ ac leuẽ distat, pro ratione materiæ eoq; è flaua bile prognatæ strenuius, ex atra ediuerso lentius occurrendum, hoc est, illi remedijs uehementioribus, huic blandis ac lenibus

APHOR. CI.

QVodcunq; membrum, uel natura uel qualibet occasione læsum fuerit, nũquàm priori statui integrè restituitur.

APHOR. CII.

MOrbum diuturnum, aut defectionem membrorum hæreditat filius, sed differenter, aut minorem, si alter parentum fuerit incolumis.

APHOR CIII.

NVlli credendum est, quantumuis studioso me dico, nisi ætatem habenti & experto.

APHOR. CIIII.

CVius urina in morbo diuturno sani urinæ similis, in una eademq; qualitate permanserit, is nunquàm euadet ægritudinem.

APHOR. CV.

MEdicus modestus esto, neq; mundum nimium suspiceat neq; in totum despiceat.

APHOR. CVI.

SI uer pluuiosum fuerit et inconstans aëris mutatio, æstate expectare oportet pustulas hulcerosas plurimas, uariolas, tubercula, abscessus phrenitim, & febrium omne genus, quæ nulla uentris solutione curantur.

APHOR. CVII.

MVlier in latere dextro concipiens raro fœmellam parturit.

APHOR. CVIII.

CAtha-ticum in utero habenti propinatū, conceptui tantū officit, ut nati principalia membra per omne uitæ spacium deficiant.

APHOR. CIX.

MOrbi ex humorum copia, uitio & defectu iuxtà proueniunt, eoq; medici purgando & inaniendo facile errare possunt.

APHOR. CX.

OLfactus fragrantis præsertim rei & uaporosæ, cuiusmodi pastilli suffumigabiles, citius q̄ ulla propinatio cerebro subuenit.

APHOR. CXI.

EX syderum mutatione in longitudinem stellarum & latitudinem uitia & ægritudines quoque subinde mutantur.

APHOR. CXII.

EX diuersitate locorum, spaciorum & regionum, temperamenta quoq;, naturæ uitia, eduliaq; & medelæ identidem. Variantur adeò, sanè, ut quæ in secundo à temperatis ordine consistunt, in quartum sæpe & è diuerso à quarto in secundum transmigrent, cuiusmodi discrimen euidenter in plantis satiuis & syluestribus, montanis & campestribus, Sabulosis item uel siccis & uliginosis regionibus natis elucet.

APHOR. CXIII.

EMplastra atq; unguenta qualitate complexionis membro cui adplicantur quàm fieri potest, respondeant.

APHOR. CXIIII.

BIlis flaua in iuuenibus uehementi pharmaco ducenda non est,

APHOR. CXV.

Si

SI sola uictus ratione citra pharmacum mederi datur, nihil neq; prius neq; rectius.

APHOR. CXVI.

SI quis longo tempore neq; per uomitum neq; per aluum euacuatus sit, & subito aliqua horum ingruit euacuatio, cunctanter sistas.

APHOR. CXVII.

Vapor siue fumus aliud in corpore, q̃ flatus est, id quod haud plures queunt discernere.

APHOR. CXVIII.

VRina sanitatem hominis præferens in nullo mortalium, neq; quãtitate, neq; qualitate, neque liquore, æqualis est.

APHOR. CXIX.

CVius urinam non prænoueris sani, eius iam ægrotantis haud agnosces facile.

APHOR. CXX.

IN conualescentibus ex ægritudine abscessuum curationem ita moliri cõuenit, ut leniter in corporis superficiem magis euocentur, quã ad interiora repellantur, idque ex æquo tam in puerili quàm in senili ætate, perpetuò.

APHOR. CXXI.

SI delirium siue furor ob frigiditatem & sicci tatem oriatur, uaporibus caput tentantibus, odoramenta calida ac humida tam intrinsecus quam extrinsecus, excitandi caloris gratia, adhibebimus, & affectũ ad iracundiã irritabimus.

APHOR. CXXII.

TEmperamentum sanitatem portendens non est in singulis hominibus neq; in quantitate neq; in qualitate æquale.

APHOR. CXXIII.

QVi in iuuentute quolibet anno quater sanguinem detrahere secta uena consueuerunt, his ab anno ætatis suæ quadragesimo, ter aperire uenam, à quinquagesimo bis aut semel modo, usq; ad sexagesimum conuenit, deinde nunquàm amplius satius est.

APHO. CXXIIII.

AB anno ætatis quadragesimo homines Cephalicam, hoc est, Capitalem, Quinquagesimo nigram mediam appellatam, sexagesimo Basilicam secare conuenit.

APHOR. CXXV.

Qui

Qui in iuuentute multum ac crebrius sanguinem detraxerunt, horum corpus anno sexagesimo plurimum frigidum & siccum euadit, præsertim si temperamẽti fuerit natura frigidi.

APHOR. CXXVI.

Custodia uirtutis, principalia membra corroborat, & à morbis tuetur.

APHOR. CXXVII.

Principalia membra confortata, reliqua quoq; membra confortant.

APHOR. CXXVIII.

Qui ex parentibus iuuenibus nati sunt principalia membra natura robustiora ac saniora habent, q̃ qui ex decrepitis & pueris gignũtur.

RPHOR. CXXIX.

Quemadmodum ignis ad calidum & humidũ semper contendit, sic morbus ad id genus temperamentum.

APHOR. CXXX.

Qui aromatum horrent odorem, corruptam naturæ suæ temperiem arguunt.

APHOR. CXXXI.

In qualibet regione quocunq; ex uento nubes coguntur, ex ijsdem incolarum capita uapori-

bus replentur, & corbizæ nascuntur & sensus grauantur.

APHOR. CXXXII.

V*Biuis gentium quocunq; anni tempore phalanges muscarum redundauerint, ibidem & ægritudines, quæ ex putredinibus oriuntur, in corporibus indigenarum redundabunt.*

APHOR. CXXXIII.

I*Eiuniũ in æstate corp⁹ desiccat, flauo calore tingit, atrã bilẽ auget et luminis speciẽ debilitat.*

APHOR. CXXXIIII.

S*Anguen si quàm primum ut emanarit in aëre congelatur, terram redundare portendit, & quanto contumatior à concretioni resistit, tanto magis contrarium indicat.*

APHOR. CXXXV.

Q*Vãto cuiuscũq; regionis sit⁹ lõgius à mari distat, tãto ĩcolarũ ei⁹ corpora sicciora euadũt.*

APHOR. CXXXVI.

N*On est compar cuiuslibet regionis temporũ natura, Quando sol in quadrangulari circulo cõsistit, hic æstas, illic hyems, istic uer, alias auctumnus existit. Pro quarum diuersitatum similitudine dißidentem, temperamenta siue natu*

ræ,

ræ, & mores & uitia & consuetudines, indigenarum & incolarum. Quum enim uer habetur in Aegypto, Aestas est in India. Cæterū qui sub æquali habitant die singuli annis binas hyemes & totidem æstates, geminos auctumnos ac totidem Vera habent. unde omnis annonæ prouentus illis est uberrimus, ingenia acutissima, memoria subtilis & minimè euanida, & id genus cætera exquisitissima sunt.

APHOR. CXXXVII.

V*Irtute iacente membra quod principalia succũbunt, et affligũtur, neq; illã tueri possunt.*

APHOR. CXXXVIII.

Q*Vod uno ore plurimi comprobant, & ratio attestatur, illud ante oculos statuatur, cõtra rio autem contrarium.*

APHOR. CXXXIX.

C*Ibaria confortantia, odoris boni & temperamento uicina, uirtutem naturalem conseruãt & membra principalia confortant.*

APHOR. CXL.

M*Edicinarum nulla in aliquem conferenda est morbũ, nisi ad cõplexionem eius uel ex toto uel ex parte saltem pertineat.*

APHOR. CXLI.

VT moribus, faciebus et membris homines parentes referunt, sic in acutis ægritudinibus membrorum principum.

APHOR. CXLII.

AEgritudinem in membro radicali consistere, notat dissolutionem corporis.

APHOR. CXLIII.

COrpora humida parum comedunt, plurimum egerunt, & difficulter curantur.

APHOR. CXLIIII.

SEmper consolandus est ægrotus, etiã si mortis signa appareant. Corpora enim hominum, spiritus eorum sequuntur.

APHOR. CXLV.

Spiritus doctoris humilis opitulatur ægrotis

APHOR. CXLVI.

Dubitabilis est medicus qui iudicat & pronunciant temere.

APHOR. CXLVII.

MEdicus diligenter exploret, ut quæ illi placuerũt sano, eadẽ polliceatur ægroto, si fuerit restitutus.

APHOR. CXLVIII.

BAlnea humectant, soluunt & abstergunt.

APHOR. CXLIX.

PRropter diuturnitatem morbi noli ab ægroto facile discedere.

APHOR. CL.

PVeri et senes quantumuis humoribus referti, non tamen solui debent fortiter.

APHOR. CLI.

AD eam temperantiam inducas infirmũ quam habuit dum esset incolumis.

APHOR. CLII.

CVm medicamentis laxantibus temperanter procede. De uesicæ excremento faciliter censere uitato.

APHOR. CLIII.

FEbris biliosa immodica frigiditate ne reprimatur, neq; quartana cum frigiditate humectante repercutiatur.

APHOR. CLIIII.

MElancholici iuuenes fortiter purgentur, in his enim non pertinaciter hæret & est paucißima bilis atra.

APHOR. CLV.

TEmporis ægritudinis non est abijcienda consuetudo etiam mala, quia basis & fundamentum naturæ habetur.

APHOR. CLVI.

LOgici & qui ex ingenio proprio iudicant de ægritudinibus, ut plurimũ sunt ĩterfectores.

APHOR. CLVII.

SPiritus uitalis destruitur, quum quis propter ægritudines non principium particularum uehemens accipit pharmacum, quod principes partes eneruat & temperamentum eorum destruit.

APHO. CLVIII.

BEstiæ frigidæ & humidæ, cibus earum calidus & humidus.

APHOR. CLIX.

LIgamentum spiritus cum corpore si imbecillum fuerit, cautio est, ne acrioribus medicinis destruatur.

APHOR. LX.

DIætetica medicina præstantior est pharmaceutica & chirurgica.

EPILOGVS.

SVſcipe nunc obuijs, ut dicitur, ulnis ex animo dilectiſsime Fili, quos tãtopere efflagitaſti Medicinaliũ rerum Aphoriſmos, minime, noſtro ſanè iudicio, contemnendos, quorum authoritati in exercenda re medica utere ac fruere, queſo. Nam ſunt utriq; haud citra uigilias et abſque ſudoribus tua, maxima ex parte, ſolius cauſa ſolicitius elaborati: Neq; enim me fugeat tua incomporabilis diligentia, & quantum, præter cætera, prudentiam in praxi, ut uocant, à clinico deſideres. Dominus Deus faxit, ut quemadmodum bonis, ut aiunt, auibus cœpiſti, ita melioribus procedas, & optimis ad umbilicum uſq; artem tam arduã perducas. Hortor te præterea ut translationem operis, inſignis & nunquam ſatis laudati. C. Galeni, cui titulum fecit μεγάλην τέχνην, hoc eſt, Artem magnam, ſatis, ut audio, feliciter inchoatam, ſummo ſtudio & induſtria conſumare contendas. Sum equidem mirificè hoc tuo tam laudabili conatu delectatus. Quo ſanè in uolumine Galenus medicorum

dicorum officium ſcitè comprehendit. Gratias itaq; Deo Opt. Max. quàm poſſum ingẽtiſsimas ago, quod filium, qui hoc primum Latinitate donare auſus ſit, habeam, Macte animo & uirtute adoleſcens.

ARHORISMORVM IOANNIS DAMASCENI, FINIS.

MEDICINAE ENCOMIVM, SIVE COMMENDAtio, per Clarissimum et incomparabilem in omni doctrinæ genere uirum SIMONEM GRYNAEVM, miro sanè ac inimitabili ferè artificio conscriptum.



VAERIS, *utrum censeã medicinæ facultatis studium esse tibi persequendum. Satis forتasse sit, * postquàm huc te ingenium fert, natura impellit, * animus et desiderium inuitat. deniq; cũ hoc sit, * quod placeat solũ, nihil aliud inuita (quod dicitur) Minerua tẽtare, sed istis naturæ et animi tui consilijs obtemperare. Fateor equidẽ hoc esse unum studij genus, * quod tibi sit aptum maximè futurum, ut homo studiosus, sed imbecilli ualetudine, hoc uitæ genus capessas, cuius præsidio, utrunq;, & defectum, et desiderium naturæ explere poßis. Alit egregiè studia tua Medicina, et eadem corpus illud tam imbecille pulchris stu-*

πρὸς ἃ εὐ-φυὰς

ὧν ἐπιθυ-μοῦντες

ἃ μάλιστα ἑ-καστοι τοιοῦτοι

τὰ ἁρμόττοντα

ὧν ἐλλείπειν δέονται] *diis fouebit. * Adeoq; decesse hoc fortunæ tuæ solũ uidebatur. nã sine illa, nec præclaros animi tuĩ conatus propter ĩbecille corpus efficeres, nec parceres corpori propter ardẽtißima studia literarũ.* Erit igitur, ut ĩ ea disciplina, qua nihil absolutum

ἀναπεργάσα. *magis et expositũ ĩ lit. extat* *(quãdo huc tua natura fert, minimo negotio per se, *et simul copiosius*

τὰ πρειττὰ *q̃ sperabas) sublimitatem ingenij tui altißimarũ rerũ cognitione exequære, ac animum in omnes beneficũ natura, ueris et salutaribus beneficijs abundantißime explere poßis.* * Perge igitur fœlici in-

ἃ χαιρούνται τοῖς φίλοις *stituto amicis omnibus gratificari, quorũ & salus & fortuna artis medicæ præsidio & amplitudine per te tutior erit,* Quãquam enim nunq̃ fuit mediocris expectatio de te, tamẽ cũ incerta essent studia, etiã expectatio, quanq̃ ingens, incerta fuit. Nunc ubi ingenij tui ui in certũ negotiũ incubui

ἃ ἀπεχθήσονται ἐχθροῖς *sti, sine dubio, ut amicis solatiũ ingens, * ita inimicis omnibus terrorem maximum iniecisti. **

ἐφ᾽ ὅσοι ἐχθροὶ χαίρουσι ἐναντίον *Certe hæc fidutia, hoc illorum uotum, hoc illorũ gaudium erat, cum indulgere te tibi discendo, ac per incerta ferri, melioraq; negligere, aut quodcunq; studij genus aliud capesseres, breui de te actum esse animaduerterent. Facilè intelligunt homines callidi, ea disciplina quæ salutife-*

αἰπεινὸν *ra & necessaria omnib. est, * nihil aut celebre,*

aut

aut populare magis futurū. Nec ignorāt, *Regnū opes in hoc quondā inſumptas, * hominí doctiſsimorū, ingenia fatigata, quî certa naturæ cognitione ea ars cōficeretur, quæ ſola languoribus hominū piā opē adferet. et fuit ſane id tēpus, * cū ad eā abſoluendā, in hoc uelut maximū certamē præclara ingenia ſola eſſent intenta. *Quid enim admirabilius, ꝙ cū morborū, et ſanitatis uis omnis penitiſsimè intra ipſa corporis uiſcera peragatur, Medicū īgreſſū mēte diſpicere, decernere, uenientē morbū præſagire, ingruentem auertere? ſuperantē mitigare, reprimere, tollere? eū ꝗ animā agebat, quē deſperabāt amici, uelut ab orco, breui ſpacio reuocare? mira, ſtupeſcēda ſpectaculo mortalib. exhibere? Naturæ momenta & articulos innumerato habere? * Nemo eſt arbitror, uir tā improbus, aut tā ferus, qui nō merito, uel artis miracula neceſſariò admiretur, uel beneficia cōmendet? * Imò uerò niſi uir bon⁹ diuinā artē adminiſtraret, tā pia beneficia preſtaret, nemo. * Et ut mihi præclare dixiſſe uidetur ſapiētiſsimus Poëta Ἰατρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Ex uox Diuina, uni artiū omniū clariſsimum teſtimoniū, non abs re exhibuiſſe uidetur,

οὗ ἕνεκα πολλὰ δεδαπάνηνται

οὗ ἕνεκα πεπόνηνται.

περιμαχητόν,

θαυματὸν

ὃ ἐχθροὶ ἐπαινοῦσι

μηδεὶς φαῦλος

τὸ φρόνιμον

*Honorandū Medicū, neceßitati hominū creatū. Sed tu ueram iam ſpectes utilitatē, neq; is es qui nō uota expēdas tua, quò te ducant. quæras que id potius ad locupletandum, ornādum, cohoneſtādum te, quod adfert medicina. Equidem ingē tia bona mihi uidere uideor. Primū enim quæ diſciplina uel animi tenebras, uel incommoda eius corporis omnia, uel mentis nebulas diſcutere melius poteſt? * Quid enim obſtet, quin ex angulo & obſcuro loco extrahatur uis, cuius opera in clarißimis rebus, in certis diſcriminib. omnes utuntur? aut quominus fortunæ iniquitatem momento explodet, cui ex quolibet loco, ex quolibet tempore ſuppetit uectigal? aut ab incommodo corpus uindicet nullo negotio? cui & id genus rei uis omnis eſt uelut in manu? Denique, quod uerè præclarùm eſt, quæ diſciplina ad mentis incommoda, quæ omnia à corpore ſunt, extirpanda propius unquàm penetrauit? Quæ eius domicilij, in quo animus noſter reſidet, unde ſeſe comparat, unde mores induit: per quod ueluti portas omnes, notitiarū lux uenit, tanquā Aedilis quidam curandi poteſtatem habet ſummam. * ergo in lucem nos educet ciuium, & ſplendo-*

φθαρτικὸν ἐναντίων

ποιητικόν

rem

rem ex multis magnis beneficijs comparatū nomini nostro adferet, fortunam augebit. Certè iucundissima ex re sanitati si redditum corpus uniuersum, eadem & nitidissimæ reginæ menti, & ad omnem usum accommodatissimè uelut aulam inhabitandam parabit. aut si id mauis, instructā adesse genus negotiorum, officinam menti suppetet. * *quæ quidem res quos post se fructus trahat, difficile explicatu.* ἀκόλουθον *Videre hic mihi uideor uirtutum et philosophiæ totius partem.* * Certe κωλυτικόν *enim compositū pulchrè ad naturæ fragilitatem corpus (cuius rei facultas, uel nusquàm, uel penes Medicum est) mentis tranquillitas consequatur oportet. Quæ quid aliud est, quàm ille quem omnium uirtutum congressu quærimus, fœlix mentis status? Luculenta sunt hæc sine dubio artis beneficia. sed augustius est, quàm eadem omnia hæc, si qua fortè calamitas incidat, conseruare, & ab iniuria collata à se beneficia defendere posse. Non patitur mutari fortunam eius, cui nunquàm rei faciendæ occasio desit. Non patitur eius imminui gloriam, quem usus & res ipsa aßiduè admirabiliorem reddit. Non patitur dilabi curam eius rei, quæ una o-*

mniũ iucundißima & charißima in uita, sanitatem dico. Habes paucis, ad quæ bona certus nobis gradus dux Medicina sit. uideamus nũc quæ in se ipsa posita secum ferat. * neq; enim aliunde flagitare præsidiũ ullũ hæc disciplina neceße habet, non magis profectò, q̃ qui Architectũ, et instructã rebus omnib. officinã domi suæ habet. Quẽ Magistrũ, cui rei Medicus aduocet, philosophũ ne? Naturam esse nouit, suam præsertim. nec cognouit solũ, sed etiam format. Vnde quicquid in homine proficiscatur, quò tendat, quid protendat, Medico nemo melius tenet, nemo suam artem in qua residet, proprijs facultatibus, propria industria sarcire, tegere (quæ ferè in uita sola fiunt) melius potest. Sed diuitum sed potentum studio (inq̃) eget? nullos mortales magis supplices, magis obsequẽtes quisq̃ habet. Vt enim quisq; suæ uitæ metuit maximè, ut quisq; sese amat tenerrimè (quod ferè potẽtes solent (ita Medicũ maximè & honorib. & opibus abs se suis auctum, et q̃ maxime sibi deuinctũ cupit. Ergo una artium Medicina, & disciplinam uitæ pulcherrimam ex sese domesticam habet, & opum augendarum manantem domi suæ fontem,

αὐταρκής

&

*& emerendi fauorem omniũ perennem quandã materiam. Soláq́; cùm nullius egeat alterius adiumento, beneficijs suis omnes impertit, nec unq̃ accipit, quod nõ large & cum fœnore poßit restituere. Quid enim ad ea, quæ Medicus conferre beneficia poteſt? opes contẽnuntur, ulefcũt, proijciuntur, limina diuitũ, potentum omniũ, regum etiã ultro patẽt. Itaq; conſiliũ intellige tuũ, ex philoſophia dudũ iſtuc tenes, perfectum eſſe animi habitũ, cũ ex ſeſe omnia habet. Ergo et diſciplinã ſequeris, quæ iſti animi diuinitati ſimillima ſit, quæ ſuis finibus, uirib. contenta, egregiè per omnẽ uitæ neceßitatem, abſq; externo præſidio ſe tueatur, nulli mortaliũ, nec propter rẽ augendã adulãs, aut ſerua, nec propter nomen illuſtrãdũ, nec propter uirtutes quæ uerè bona ſunt conquirenda cuiq̃ addicta. nec mirũ. * Quoniã id uitæ et rerũ omniũ condimentũ præbet Medicus, ſinequo nihil nec iucundũ, nec precioſũ nec admirabile, nihil deniq; gratũ eſſe in uita quicq̃ poteſt. Quid magnifica te domus iuuet, qd ſplendida ſuppellex, qd aureæ ueſtes, quid aurũ ipſum congeſtũ? ſi inopẽ te, egenum, miſerabiliter deſtituat, Imò nihil obſtat, prorſus, quin iſta omnia,*

οὗ παρόντος διάκειται ἅπαντα

quibus cum abunde ſuppetant, frui non potes, ſupplicia ſint & cruciatus. Quid potentia, quid *amplitudo, etiam ſi ſuſpiciāt, uereantur omnes? ſi te morbus ſic lecto affixum tenet, ſic omnem potentiam impotentem reddit, ut iſtam autoritatem tuam uniuerſam cōmutare cum uno ſanitatis minimo momēto ardentiſsime cupias?* Chariſsima *pignora, liberi, quid uel ſolatij, uel uoluptatis, uel ſpei deniq; habēt, ſi florē & ſpeciem illam omnē decerpat morbus?* Quid *inerit in cōiugio ſuauitatis, ſi alterutrū inutilē reddat morbus?* Amicus *alter ego obnoxius morbo, quid aliud quàm mali dimidiū nobis relinquetur?* Quid *animus ipſe uirtutibus pulcherrimis licet, & innumerabilibus præditus, intra fœdum, morbidum & peſtilens domicilium concluſus, uel ſublime conari, uel ſolatij cæterarum rerum ſpectaculo habere poteſt?* Ergo *ueluti nox quædam, et caligo dēſiſsima morbus, optima hominis bona obſcurat, contegit, & apparere non ſinit. quæ reddita ſanitas, uelut è magna tempeſtate iucundiſsimus ſolis aſpectus, inenarrabili affectu omnia reducit.* Vt *rectè uox illa & ſapienter iudicet, ut quæ nullo precio æſtimabilem eſſe ſanitatem*

tem dicit. quam tum demum mortales intelligũt esse ueram, cum morbos experirentur. discũtq; in illius sinu, bonarum rerum omnium usum, & fructum & gratiam constare. Vt enim mor*bus est, qui omnia mortalium bona interpellat, perturbat, amara reddit: sic una est sanitas, quæ & bona quæ dicuntur bona, sunt, uelut iucundißimum & diuinum quoddam condimentum sola facit.* Iacet enim totius uitæ spes & for*ma marcida, & languescens, sine beneficio sanitatis.* * Quære enim, ecquid ulla uitæ commo*ditas libera* Medici *opera cogitari saltem poßit?* ὅσα νῦν ἑκάστῳ ἀποδοίη
Vt aures audiant, *expurgatione opus, collecta sorde, non solum nõ dulce audire, sed ne audire quidem poßunt. ut oculi uideant, opus est non lippis.* Ab *uno membro ad totum corpus ueniamus, ut bonis suis fruatur, opus est sano.* Atqui *ut corpus mẽti seruit, ita quæ extra nos sunt omnia corpori. Disciplina igitur corporis tuendi utrinq; sic necessaria est, ut neq; fortuna conferatur, nec unde accipiat animus quicquàm, sit corpore uitiato. Ergo nec uiuitur, nec iucundè uiuitur absq; eo, cuius* Medicus *curam habet.* Certè *enim fortuna omnis in usu, et fruitione rerũ ex*

terarũ consistit, fruitio tamẽ nulla est, nisi ualeat corpus. Rursus animi uis cum uniuersa corporis instrumento peragatur, nec sine illo quicquàm uel principio efficere, uel ubi perfecerit, expedire potest. Cogita igitur, qua parte rerum medica facultas existat, & quæ necessitas eius disciplinæ sit, quæ prope id uinculũ tenet, quo homo, qua cœlestis, & qua terrenus est, copulatur. item qua in usum, & commertium rerum extra se positarum utiliter, & salubriter exit. Nec enim uel retinere diutius cœlestis hic spiritus, & consuetudinem sui præbere nobis potest, postquam à modulo naturæ discessit corpus, nec afferre præsidij quæ extra sunt, ope Medici salutifera destitutus, quicquàm possunt. * Credo igitur, si uel mens rectè sese reputet, uel quæ mente carent, consilijs humanis uti possent, nihil tam enixè flagitatura omnia, quàm eius rei domesticam facultatem, cuius beneficio frui omnibus istis naturæ muneribus licet. Quid enim optabilius sit in uita, quam id quo sensus nobis bonorũ omnium constat? & quæ in naturæ nostræ cursum reponimus, progredimur ad finem præstitutum, perducimur, ab sol-

ὧν ἐφίενται τὰ νοῦν ἔχοντα.

τὰ αἴσθησιν ἔχοντα

*soluimur que? * Omnia quæ sensum, quæ uitam, à Natura parente susceperunt, agi cursum ad hoc solum contendunt, nos in uotis habent. Ipsa elementa, ubi tempestas (nam is illorum morbus est) incidit, communi ope cõnituntur, eluctantur, dum mundo faciem reducant.* Quid enim homines boni illius gratia, uel seruãdi, uel recuperãdi faciunt, ut hoc bonũ constet? omnes omnia aggrediũtur, industria mortalium in ea consumitur. Huc studia, huc conatus uitæ omnes tendunt. scilicet id est, quod natura & liberè, nullo precio, nulla commoditate, sed ipsius suauitate, et diuinitate adducti colemus. * Quid enim uiro bono magis expetibile in uita esse potest, quàm rectis, & ueris beneficijs omnium necessitudinis seruire? patrem à ciuibus, patriã ab alienis, certum præsidium, certam fiduciam patriæ nominari? hæc uera gloria est. Quid admirabilius, quàm captiuos ardentibus morbis, uelut flammma eripere? æstu m orborum, quasi inter carnificis manus exhalantes, uiolantißimo Tyranno extorquere? inhærenti uisceribus ueneno, et per moram uitam consumenti imperitare, uitam desperatam reuocare? hæc uera benefi-*

τὰ αἰσθητὰ ἔχοντα

οὗ ἕνεκα ἄλλα αἱρέμεθα

καθ' αὑτὸ αἱρετόν

cia sunt. Quid præstantius, quàm laboranti dul cißimo amico cùm uelis, adesse? parentem, coniugem, liberos morte liberare? Quid diuinius, q̃ uotis hominũ ardentibus numinis instar momento opitulari? Est profectò cœlestis ars, cœleste medicina beneficium. Numen Medicus in terris agens, ueris et ex pectore proficiscentibus mortalium uotis aspirans, calamitates hominum discutiẽs, graues curas sanans. Ad quas quidem res sic animus noster natura contendit, ut melius, ut sublimius, ut excellentius nihil, nec oculis uidere, nec mente compræhendere poßit. uidelicet æterno numini, quod nil nisi bonum est, quam simillimus esse cupiẽs. Nibil est igitur quod te Iuris prudentia, qua post medicinam sola solicitari te dicis, ancipitem reddat. * Sit enim illa splendidißima licet, et ad ornandum ciuilem præsertim uirum accõmodatißima, tamẽ ostendam non esse, cur te consilij pœniteat tui futurum unquã. Primùm omnium, si utramq; uiam cogites, illam Iuris uideas immensam, & per mille anfractus incertã, innumerabilibus ambagibus implicitã, nec ducem itineris, siue nostra siue prisca scelera respicias, ullum. indefinita, incerta, interminata,

δυνατὴν

nata, controuersa sunt omnia. Regnum esse fateor amplißimum iuris, sed cuius fines in potestate habere nemo poßit. Contra hæc sit spaciosa, sit ardua, sit difficilis licet, * *tamẽ sic est explorata, sic est certis & idoneis authoribus nota, ut his ducibus ire, redire quousq; uelis, & quãtum uelis liceat. Vide igitur, utrum ludificare conatus tuos, conterere ingenium præclarum nunquam superanda difficultate uelis, an ex summa difficultate, summa cum facilitate egregium statim fructum reportare.* * *Iam quanquam iucundam utraq; disciplina habeat cõsiderationem, tamen quanto est istud iucundius Naturæ,* * *quæ nũquam sine uoluptate cogitatur, placidis moribus, diuino ingenio, quàm litibus rixantium ciuium considerandis cottidie interesse?* * *Itaque cum illa nunquam sine aliorum offensa munus obeat suum, nunquam hæc sine multorum (bonorum saltem) recreationẽ, officium suum exercet.* * *Adde, quod nihil magis est tenerum, nihil magis dilectũ, quàm ex sese certam propriæ salutis disciplinam tenere. Vt enim quæq; res ad nos proximè spectat, ita iucundißimam, & eandem charißimam esse decet.* * *Curat autem Medicina*

ῥᾴδιον
ἥδιον
μεθ' ἡδίστης
μεθ' ἡδονῆς
ἄνευ λύπης
ἀγαπητόν
ἐγγύτερον τῷ λόγῳ.

dicina nos, iuris ſtudium facultates, quæ procul reſpiciũt hominem. Itaq; cũ neminem ſalutis ſuæ ſenſus non uehementer contingat et cõmoueat, ſæpe cæterarum diſciplinarumcommertium nec ſentitur, nec ulla uoluptate nos afficit, cum curæ & ſollicitudinis incutiant multum. Adde etiam, *quod totum hoc negotiũ cõſuetudine quadam ciuili, & ſi credimus auaritia homini introductum, paucorũ conſenſu cõſtat, nititurq; pau*

εὐπορίας *ciorib. uſui eſt.* * *Illud natura ſic eſt impreſſum, ſic uſum neceſſariũ, et late patentem habet, ut ſi uoto mortalibus potiri ſuo liceat, nemo eſſe Me-*

ὃ ἅπαντες αἱ *dicus nõ uelit.* * *ſolũ, quia ſaluti ſuæ cuiq; nihil*

ροῦνται *charius eſt. ſed qua beneficiẽtiæ ſtudium, quod exercere* Medicus *quolibet loco poteſt,* Natura

ἀναγκαῖον, *omnibus mortalibus altiſſimè impreſſit.* * *Iam ue*

χρήσιμον *ro quis dubitat, eius rei cuſtodiã, qua ſine, ut cætera quidem omnia, ſic uita ipſa ingrata eſt, uel*

ἐν χρείᾳ μείζω *maximè neceſſariam eſſe?* * *Quæ enim omnino*

νι *res ſit, quam propter ſuſciendum quidquam pu*

στέρησις μεί- *tes, niſi conſtet ualetudo?* * Reputa, *ſi libet, u-*

ζων *trum de re nõ cõuenire cũ uicino moleſtius ſit, an adeſſe non familiaribus poſſe, non adeſſe negotijs, non adeſſe amicis, nõ adeſſe animi tui co-*

gitatis

gitatis licere, omnia tibi ſtudia, omnia cōſilia impediri, affixum, & captiuum, inutilemq́; te tibi, & omnibus cæteris iacere. Turpis res eſt cū ciue diſsiduum fateri, ſed illud quod depelli à Iuris perito poteſt, rem ſolam inuadit. morbus non ſolum tua petit omnia, omnē ſenſum inficit & fruitionem cogitationum, ſed uitam, ſed te ipſum petit, omnia et te ipſum tibi inuiſum, ingratum, iniucundū reddit. Addo, calumnia ſi uera eſt, nihil ad Iurisperitum, ſi falſa, nil ad te, morbus ut nullus falſus eſt, ſic ad Medicū pertinent omnes. Seui omnes & crudeles, uitæ inſidiantur, te ipſum rectà petunt, nec ullius, quā Medici conſilio propelluntur. Iam ab ore Medici ſic quemadmodum cæteri mortales, imò tantò magis, quantò cæteris occupatior eſt Iurisperitus, pendet. * Medicus uir ſapiens, et Naturæ cognitus ſeu cōſcius, conſilio domeſtico non caret, ad gratiam & ſplendorem uitæ, facultateſſua ſatis eſt inſtructus. * Et ut concedamus, quod res eſt, mutuo præſidio, artes & inſtituta hominum inter ſeſe conſtare. Quantulum tamen eſt. obſecro, quod ueris & ſaluberrimis Medici beneficijs commutare Iurisperitus poteſt? Aut qua parte

οὐ ἄνευ μὲ.

ἄλλον παρ' ἀλλήλων.

parte sibi respondent, morbo liberasse, & sollicitum obtinuisse cōtra uicinū? Praeterea communis est de iure disputatio, & quam non rudia ingenia natura consequantur. Cum illa de morbis uniuersa remotissima, in secretiora quaedam Naturae *contemplatione consistat. Ergo nemo* Medicus *non Iuris peritus est, id est, non iudicare quadantenus aequum, iniquum potest, cum iudicare de morbis praeterquam* Medicus *omnino*

σπανιώτερον *nemo possit. * est enim re uera uniuersum hoc genus cognitionis rarissimum, & cuius exempla quolibet saeculo extiterint uix pauca, quo magis ingenio & uiribus ad istas tam raras laudes adnitendum erit. Quanquam enim istic est sapien*

ὃ μετέχουσι πάντες *tia quaedam non utiq; contemnenda, * tum quia eius partem sibi nemo non uendicet, uilescit praeter meritum suum & dignitatem, nescio quo pa*

ὃ μηδεὶς μετέχεται *cto. * Contra addita est & non uulgaris omnis de* Natura *disputatio, & quanquam multi temere uendicent, tamen ueri* Medici *suis saeculis mi*

πρὸς πολλὰ χρησιμώτερον *raculo propter raritatem semper fuerunt. * Nec est, cur multis te differas, circumspice in omnia patentem saluberrimae facultatis usum. nam cui non aetati solatio est? quo non tempore ualet?*

quem

quem non locum ope recreat sua? Quo quibus articulis sic est astructa, ut consilio destituatur? In curia, in foro locum Iurisperitus habet solum. at in uentrem prorsus locum Medicina patet, beneficiumq; huius æque regum turres, & pauperum tabernas reficit. Bello Leges silent, at uerò Medicina tum maximè succurrit, tum maximè ualet, tum maximè opes & opem suam ostendit, tum maximè illustris est. Litiganti solum seruit ius, medicina & ægris, & ualentibus conducit. Nam ut nullum tempus est, cui uel morbus parcat, uel nō grata sit ualetudo, sic ope Medici tempus nullum non eget. * *Nec mirum, nam quod bonum medicina curat, infixū nobis est intimè,* καθ' αὑτὸ καὶ ἁπλῶς *loco poni, nec tempore commutari absq; pernicie natura potest, nec in unam ætatem cadit, aut occasionibus quibusdam stat, nec hoc si caremus, iam plane nulli sumus. Atque tempera, locos, occasiones rerum, ius sequatur, necesse est.* * *Itaque si gradibus suis metiri necessitates hominum decet, & maius credere, ut quicquam proprius eò nos ducit, quò animus nobis per omnia negotia nos festinat, quāto Medicina quàm Ius preciosior est? quæ ut bene sit, ut uita* ἐγγύτερον τέλος

*fruamur facit. cuius rei gratia, omnes cæteræ artes omnem (quemadmodum dicitur) lapidem mouent. * Victum agricultura eruit, hinc comparando opes colligit. studium iuris, res militaris fruendo securitatem, & cæteris eadem est ratio.* Coryphæum omnium Medicina tenet, *scopus est, quo illæ omnes contendunt. erutis enim, collectis, partisque frui facit. Frustra coluntur agri, frustra colliguntur opes, frustra tranquillitas rebus sudore belli conciliatur, nisi sit qui frui istis bonis possit,* Vita incolumis. *Itaque uelut Magistra artium in portu negotiationis humanæ* Medicina *sedet, omnium cæterarum industriam, sedulitatem, & congesta bona abs se suscepta eò consilio suo collocat, quo utile est, & salutare. Itaque cum cæteræ nihil aliud quàm ministrare necessitati homini possint, hæc uti, frui non solum docet, sed facit etiam. * nec solum huc cæteræ omnes tendunt, sed hinc proficiscuntur etiam, hinc uelut fonte manant.* Nam *ut quæsisse, nisi fruaris, nihil prodest. sic quærere, aut nullum ullius disciplinæ munus obire, nisi confirmata ualetudine non potes.* Primum omnium negotiorum est,

σίνος.

ἀρχή.

ut rebus tractandis obeundisq́; cæteris ita disciplinis omnibus hauriendis & percipiendis sanitatem constare, & confirmatam esse. * Ac quid iam amplius est? *non solum cæteris quidem rebus omnibus illa nos parat, studia, labores nobis nostros frugi, & usui esse facit, primaq́; & postrema artium est. Sed eadem ut cursui negotiorum studiorum omnium capto sufficiamus, efficit. quoties enim exhaustos studio laboribusq́; reficit? quoties ægros & morbo inutiles negotijs restituit? est igitur hæc, qua una, ut exequendis uotis consilijs'que nostris, & uitæ necessitatibus tolerandis sufficiamus, præstat. Nam cum ex corpore, & animo constet, homo, atq; hic liber & immensus sit, illud contra fragile, & astrictum rebus, persequi mentis cogitata imbecillitas corporis, nulla prorsus in re, nullo prorsus pacto, nisi diuinæ cuiusdam artis beneficio adiuta, potuisset.* * *Quæ igitur homini composita disciplina accommodatior esse diuinitati eius potest? hæc enim sola, cum cæteræ alias et alios uitæ occasiones tueantur, hoc et illa curat, quo sine cũ nihil aut utile,* ἄιτιον προστιθέμενον

aut iucundum eſſe poßit, etiam ipſa mentis naturæ diuinitas ne fruſtretur, deſtituatur que. Ornant enim cæteræ externis hominem præſidijs, præſertim Iuris diſciplina, opibus, potentia, authoritate, ipſum non attingunt hominem. hæc autem curat ipſum, integrum, perfectum que negotijs reddit. * Appella *igitur animum tuum, fac reſpondeat poſita ſimulatione, poſita ambitione, utrum eſſe, an quod uideri cupit, perſequi malit. Quid enim attineat imponere te ipſum tibi, in ea præſertim deliberatione, quæ conſtituis de uita? in quod conſilium, ſi aliud quàm ueritas admittatur, futurum eſt, ut per omnẽ uitam deinde dißimulatus error occurrat.* * *Compone lites & poſſunt, & debebat ſponte, eſt in omnibus infallibiliter iudicans conſcientia, niſi ſimulatio obſtaret. Morbos uerò cum ipſa natura contraximus ſic, ut dißimulari, ne ſi uelis quidam poßint. Lites itaq; componere uellemus, ſtatim liceret. morbos quanquam nemo non cupiat, tamen ſine ope & ratione nemo poteſt. Vis igitur ueritatem ſequi, an perſuaſionem hominum, ueris homini neceßitatibus ope & induſtria tua prodeſſe, an ſimulatis*

εἶναι μᾶλλον ἢ δοκεῖν βούλονται

πρὸς ἀλήθειαν

latis patrocinari uis? * Ego uero quo tu ingenio es, tantum abesse scio, ut eius tibi rei futurus sis author, ut ne amico quidem, nisi ueritatē unam respicienti, consilio tuo sis obsecuturus. * Præclara uirtus est, iustitiam tueri, fateor. quanto plus est autem in commissa uita, quam causa fidelem, integrum, incorruptum esse? Ergo in Iuris perito integritas pollet, fides in Medico. Iudices aduersarios Iurisperitus, uelut speculatores, obiectos habet, ut fallere, ne si uelit quidem, possit. Medici uero uni, soliq; fidei, non testibus, non conscijs committunt, quod est charissimum, uitam sic, ut fallere si uelit, mille uiæ sint impunes, & indepræhensibiles omnibus mortalibus. O fidem ingentem. hæc enim fides est, ut cū inuitis, nescijs mortalibus omnibus peccare liceat, non pecces. * Sordidus est, si fallat, aut si ita uis improbus Iurisperitus. Sacrilegus & parricida Medicus, si sponte fallat. cuius fidei sic, uelut parenti, uelut deo sese ægrotus cōmitit. * Facile igitur plausibilius est, incolumitatem, salutem, uitam, quæ tam facile adimi potuerūt, accepta ferri ab ægris, seruauit, inquiunt, liberauit morte, huius ope uiuo, huic uitam debeo, dudum conputruissem,

ἴσον αὐτοὺ ἑαυτοῖς βούλονται αἴτιον εἶναι

ὧν ἀρεταὶ μέζονες

ὧν κακία μείζονος

ἐπαινετέον

κάλλιον. triuiſſem, & id genus mille alia. * Quanto præclarius item, uera beneficia, ueris & ardentibus hominum neceſſitatibus ſua, optima & libera fide conferre, quàm uindicare poſſeſſiones, quæ niſi propter illa bona, quæ in poteſtate Medicus habet, expectantur, per ſe nihil habeant præcij, momenti nihil. * Nam quorum omninò preciū, aut quæ poſſeſſio cum incōparabili Naturæ munere, ſanitate dico conferri poteſt? * generibus differunt, nec æſtimationem recipiunt inter ſeſe, nec eadem trutina rectè librantur, etiamſi Crœſi theſauros appendas. * Et quid opes cōmemoro, cū ne gloriam quidē ipſam, quæ ſublimiori loco in hominum rebus uerſatur, & ſenſu ſuo plurimum pollet, cum ſanitate commutare quiſquàm audeat. * Quis enim tam ſtultus eſt, qui ubi corripuit morbus, & iam in anguſtum uita, animuſq; cogitur, non recuperatam titulis omnibus ualetudinem uelit? * Ergo ut uera, ſic ſolida ſunt & perpetua ſua Medicis beneficia, & ne ingratis quidem perire, cum ueræ ſint, poſſunt. *Ergo principum & Regum aulas purpurati inambulant Medici tanto iure, quanto Iuriſperiti, meliore, quanto precioſior uita regijs etiam opibus

ὃ πάντες αἱροῦνται

μέγιστον μεγίστου

ὁμολογούμενον μεῖζον

ὁ φρόνιμος

πολυχρονιώτερον.

βεβαιότερα

bus est. * *Ergo mensis, lectis, cogitationibus, studijs, negotijs Regum omnibus non solum inter sunt, sed etiam iudices, arbitri, præceptores adhibentur, & cum nulli se, uel necessitati uel gratiæ, regia potestas unquam submittat, corā Medico posito regio splendore, posita pompa, ad communem mortalibus omnibus fragilitatem descendit, imbecillis, homo, ex Rege terribili & potenti, euadit.* τιμαὶ μείζονες

DIXI.

P 4

DE PESTILENTIA EX MONVMENTIS RVPHI, ALBANO TORINO interprete.



EBREM peſtilentialem uaſtiſſima quæꝗ urgent, nihilꝗ in ea, quemadmodum in alio quouis morbo latet. Accidũt enim deliria, flauæ bilis uomitiones, præcordiorum intenſiones, labores, exuberantes ſudores, extremarũ perfrictiones, fluores alui bilioſi, flatuoſi, tenues. Adhęc urinæ aqueę, tenues, bilioſæ, nigrę, ſedimentis prauis, ſuſpenſionibus deprauatiſſimis, ſtillicidia ſanguinis narium, ardores pectoris, linguæ combuſtæ, ſitibũdæ, mœrores, uigiliæ, conuulſiones uiolentæ, & alia praua compluria.

ria. Quod si quis uenturam pestilentiam præuiderit, contemplando pernitiosa anni tẽpora, & studia quæ secundæ ualetudini nõ conducunt, & brutorũ quæ antea perierunt obseruatione. Quibus accuratissimè consideratis, & illud perpẽdito, cuiusmodi sit præsentis temporis status, simul & uniuersi etiam anni, è quibus sanè optime licebit uniuersam uictus rationẽ odorari. Verbi gratia, Si tempus anni pro suo naturali statu oportebat esse siccum, humidius euaserit, necesse est uictum ad siccitatem conuertere, quo exuperans humiditas exiccata consumetur. Cura interim etiam adhibenda est uentri, si in superiore uentriculo pituita sit

eos uomitionibus euacuato: quibus uerò ſanguis exuperat, uenã ſecato. Confert & per urinas ductio, & quæcunq; aliæ, ex toto corpore fiunt purgationes. Quod ſi ardente febre æſtuet æger, feruorq; thoracem obſederit haud alienum fuerit refrigerantia pectori admouere, atq; gelidam potionem nõ paulatim offerre, incendit enim ita uehementius, ſed confertim, ut flamma copia extinguatur. Si uerò æſtuent ardore interiores, extimæ uerò partes, cutiſq; ſummitates frigeſcant, præcordia contendantur, uenter colliquamenta aliâs per ſuperna aliâs per inferna eijciat, uigiliæ infeſtant, deliria item, & lin-

linguæ ſcabrities, his calorificis opus habent remedijs, ut caliditas per totum corpus attẽdatur, & ſi qua alia ratione calor è profundo ad corporis ſuperficiem reduci poterit. Vtendum præterea propinatione, quæ aloës partibus duabus, ammoniaci thymiamatis partibus totidem, myrrhæ parte una, conſtat: hęc ſimul contuſa ex uino fraganti colluito, deinde dimidium quotidie cyathum potui dato. Haud ſcio, inquit Ruphus, an quiſpiam hac potione fruſtra uſus, peſtem non euaſerit. Hactenus quidem Ruphus. Galenus uerò tradit, contra peſtilentes putredines rubricam armeniacam

niacam potu ſumptam excellentiſſimum eſſe remedium. Pari etiam modo ex uiperis Theriacã magnam. Graſſante quippe Romæ peſtilentia, quibuſcunq;, inquit, horum alterum non profuit, ad unum omnes perierunt.

DE PESTILENTIA EX COMMENTARIIS RVPHI FINIS.

APVD INCLYTAM
BASILEAM, IN OFFICINA
ROBERTI VVINTHERA'
CHRISTI Natali Anno
M. D. XLII.
Menſe Septembri.